BARRVM CAMPANO-FRANCICVM,

Nævorum Lotharienſi Commentario à JOANNE JACOBO CHIFFLETIO (ut fucum Sereniſſimo Duci Carolo III faceret) edito adſperſorum demonſtratio;

Auctore
DAVIDE BLONDELLO.



AMSTELÆDAMI,
Ex Typographejo JOANNIS BLAEV.
MDCLII.

Cum Privilegio Regis Chriſtianiſſimi.

Illuſtriſſimo & nobiliſſimo Dom.

D. POMPONIO BELLEVRÆO,

in Francico Parium Senatu

PRÆSIDI.

I*Lluſtriſsime vir Domine obſervande.*

Francici Senatûs, vice ſacrâ, ſummâ cum univerſarum gentium laude judicare ſoliti ſacroſanctam dignitatem, impune à mortalium quoquam pro libidine violari potuiſſe, cedroque digna placita, qui refigenda, exſibilanda, rapidis ludibria ventis exponenda duceret, exortum fuiſſe, inauditi monſtri inſtar conſenſu tanto Chriſtianus orbis averſatus eſſet, ut ſi quis eum inſani ſupra modum moliminis triſte experimentum capere antehac juſſiſſet, oculis auribuſque ſuis inopinatô horrore perculſis fidem vel ad momentum habere indignabundus renuiſſet: quis enim, non dicam regnicola, aut privatus, ſed externus & Princeps, floridam ac felicem ampliſſimi, in cujus capitibus cenſeris, Conſeſſus purpuram comiter non coluit, ſuoque exemplô colendam non docuit? Huic uni Fridericus II Germanicæ gentis Imperator, inter ſæculi decimitertii Principes, ut cordatiſſimus, & Regii faſtigii retinentiſſimus; ſic potentiſſimus, utpote ſeptem regnorum dominator, abſolutum actorum ſuorum arbitrium permitti annô 1244 rogavit; Amedeum V Sabaudiæ Comitem jure contendentem ad veneranda ordinis ejuſdem ſubſellia annô 1290 protraxit Ioannes II Delfinatium Princeps. Iſabellæ Lucemburgicæ parentis hæreditariam ditionem Namurci Comitatum, Carolo Valeſiæ Comiti Philippi Pulchri Regis germano extorturus Ioannes Flander, eminentis tui gradus & loci cognitoribus, propriam annô 1312 cauſam proſecutus eſt. Alios de controverſiis, quæ ipſi cum Guidone Caſtellioneo Bleſenſium Comite intercedebant, judicium ferre annô 1342 noluit Rudolfus Lo-

tharingiæ ſuperioris Dux: Pactorumque, quæ communi conſiliô ſcripſerant, tabulas ad majorem poſteritatis fidem, Majoribus veſtris, in acta ſua referenda annô 1404 obtulere Henricus III Caſtellæ, & Ioannes I Portugaliæ Reges. Nec ex amicis tenebris in apertam hominum lucem hactenus emerſit, qui calcatis & deſputis tammultorum ſæculorum reverentiâ conſecratis judicatis veſtris, in illibatum nominis veſtri decus involare auderet. Vnum Chiffletium transverſum adeo ex Capetinæ gentis regnique ipſi divinitus à ſeptingentis annis fœliciter commiſſi tam cæco, quam iniquô odiô, indigne conceptus furor, agere potuit, ut de famâ, præſentiſque ac venturæ ætatis judiciô plane ſecurus; rerum à vobis, more Majorum, & ex officiô judicatarum auctoritatem vellicare pudendô conſiliô conaretur; Cum enim Carolum III Ducem in doloſos Hiſpanorum ſuorum caſſes inauſpicato incidiſſe, deplorandoque familiæ Illuſtriſſimæ & miſerorum populorum damno adeo irretitum, ut eorum, qui ipſum faſcinarunt, cauſâ ſpontaneam ſuorum omnium jacturam fecerit, ſibi indulgentius blandiatur; ne quando maletenacibus nexibus expeditus, ad ſemet, Majorum veſtigia relegens, animoſus Princeps redeat; Barrenſem Ducatum, Campaniæ vetus Imperio Francorum obnoxium membrum, quod priſca regnorum diſtinctio exigit, & ſitus tabulâ Geographicâ delineatus ad oculum demonſtrat, & vos jure cenſuiſtis, & Dux ipſemet uſque nunc non diffitetur, maledicorum aliquot fabulatorum infami exemplô fretus, præfracte negat, nihilque non calumniarum in Chriſtianiſſimos Reges quotquot ab annis 360 juſte pieque regnarunt (ut ut ipſis maternam ſuam originem Lotharingi Principes debeant) evomit; hoc ipſo, quod nepotem cum atavis, ſemet vobiſcum, committere audet, bonis omnibus execrandus. Non igitur quod Heroas noſtros in Dominô quieſcentes, veſtrumque decretum quod efferati catuli ad raucam uſque ravim adlatrant, tueri necce ſit, ſtylum vindicem ſtrinxi; nihil eſt, eritque æternum à lumbricis è cœnô ſuô ad ſupera erepere conantibus, Regiæ Majeſtati, quam, ubi terris ad miraculum fata oſtenderunt, ardens evexit ad æthera virtus, periculi; vos etiam qui inſigne, Majeſtatis

ſtatis illius ἔκτυπον eſtis, ab omni bacchantium injuriâ tutos dignitas veſtra, bonorumque omnium reverentia præſtat: ſed imperitis cavere, amicam in errorem abreptis manum porrigere, obtrectatores obtorto collo (eò ut vel ingratiis ſuis nihil in cauſâ Barrenſi niſi ex æquô & bonô actum fateantur) pertrahere operæ pretium viſum eſt: etſi patria, quò violentiùs à maleferiatis præter meritum impetitur, eo firmius (virtute ſuâ, cœlique favore nixa) ſtans patrocinio noſtrô non egeat; quantum ipſi ejuſque luminibus debeamus profiteri; quàm hoſtium, ruinæ ejus inhiantium, impura ora obſtruere facile ſit, palam oſtendere nunquam non officii noſtri fuerit. Tuo vero Illuſtriſſimo nomini, quodcunque illud eſt, inſcribendum putavi; quia Decreti à cavillatoribus impugnati pars magna fuiſti, inter Senatus à quô id conditum eſt Principes jamdudum micas, nec Spartam tantum, quam pro meritô nactus es, ornas, ſed patri optimo, avis maximis ſuffectus, ſuper avitæ laudis honores & titulos ſcandis, tantique menſuram nominis implens, nihil apici tuo deeſſe ſentis, quod tibi merita tua non ſpondeant: quid enim Pomponii Bellevræi, & Nicolai Brulartii ad regni Cancellariatum (hoc eſt togatæ functionis ſolſtitium) ſucceſſive evectorum, quorum fidei Remp. (poteſtate cum Hiſpanis Verbini paciſcendi data) commiſit Henricus Magnus, bonis univerſis charus tradux in nepotem domi in primâ regni ſede, ubique extra regnum (poſtquam Helveticâ, Venetâ, Britannicâ, Belgicâ legationibus, florente ætate, pro patriâ præclare defunctus eſt) clariſſimum transfundere nequeat? tantiſperdum cœlum votis, quæ ſpes juſtas alant, fatigamus; quod præſenti offerre datum non eſt, cultus mei pignus, æquâ mente longe poſitus ſuſcipere, meque quô φιλοπατρίδας & φιλαληθεῖς univerſos ſoles affectu (quod opto & ſpero) complecti dignaberis. Dabam Amſtelædami A.D. 1651, 8 Kalend. Octobris.

ILLUSTRISSIMÆ DIGNITATI TUÆ

Addictiſſimus

D. BLONDELLUS.

TOTIVS DISSERTATIONIS IDEA.

Ad Cap. 1. Comment. Lotharing.

HEnricus Auceps Cæſar nunquam fuit, pag. 1. Otto Magnus Cæſar ante A. D. 962 non fuit, Ibid. Otto I qua Cæſar, in Lotharingia non regnavit, Ibid. Aquilas in ſignis nullas habuit, Ibid. Francia media Imperium non eſt, niſi abuſive, Ibid. Trevirenſis Præſul Archicancellarius Imperii per Gallias ſub Ottonibus nec fuit, nec audiit, Ibid. titulus ille à Carolo I V primum inventus eſt, pag. 2. Italias nemo veterum dixit, Ibid. matriculæ quas Chiffletius laudat novæ ſunt, Ibid. ut & Fuldenſis Abbatis Archicancellariatus, Ibid. Regino vindicatus, Ibid. Imperii vocabulum pro ditione apud Reginonem, Ibid. Ludovicus German. Rex per ſe A.D. 879 Moſam non tranſiit. Imperator nec fuit, nec à veteri quoquam dictus eſt, Ibid. Lotharingi Campaniam non incoluere, Ibid. Auctor vitæ Gerardi Tullenſis fallitur, pag. 5. ejus teſtimonio Chiffletius abutitur, Ibid. Thouvenini de cippis æneis ab Henrico I I refoſſis fabula refellitur, Ibid. Bruno Tullenſis & Herculanus explicati, p. 6.7. Barrum in Tullenſis Epiſcopii prædiô conditum Lotharingicum non fuit, p. 7. Tullenſis Epiſcopus ſub Ottonibus Imperii princeps nec fuit, nec audiit, p. 7. Charta fundationis S. Michaelis Barrenſis, Ottonis annis conſignata, in Lotharingia data eſt, non Barri, p. 8. Tullenſis diœceſis pars in Lotharingia, pars in Franciæ Occident. regno jacet, Ibid. quomodo Chartæ Othonis annis in Francia Occident. conſignari potuerint, Ibid. Cur Othoni de illata à Friderico Duce injuria queſtus ſit Gerardus Tullenſis, Ibid. Tam Fanis, quam Barrum in Franciæ Occid. regno jacent, pag. 9. Banis non eſt Baigneux, p. 10. munitio à Friderico annô 951 cœpta in Pariſienſi territorio eſſe non potuit, p. 11. Wipo explicatus, pag. 11. Odo Camp. Comes in Conradi Salici regno cæſus non eſt, pag. 12. Glaber explicatus, Ibid. Otho Friſing. explicatus, p. 12. 13. Albericus explicatus, p. 13. Barrum quo ſenſu in regni Lotharing. termino ſitum dicatur, Ibid. Quo jure à Rainaldo Barri Comite ſacramentum exegerit Henricus V, Ibid. Roſerius falſi reus, refellitur, p. 14. Albericus explicatus, p. 14. Rainaldus Barrenſis, quà Virduni Comes Henrici V homo fuit, Ibid. Rainaldum Bononienſem extra Franc. Occidentalis Barrenſiſque ditionis fines excipere potuit Barrenſis, pag. 15. Quo jure Ottonis I V diplomati ſubſcribere potuerit Henricus Barrenſis, Ibid. Henricus Barri Comes ob Barrum Francicus, ob ditiones Lotharingicas, Lotharingo regno obnoxius fuit, Ibid. ex Rigordo Chiffletius refellitur, p. 16. Barrum cur Ducis dictum, Ibid. Waſſeburgii & Alberici error, Ibid. Barri Comes Campaniæ Comitis homo fuit, pag. 17. & Francorum Regis, mediate per Campanum, Ibid. Campaniæ Comitatus eadem in multis quæ Germanici regni conſuetudo, p. 19. F. Thouveninus falſi convictus, Ibid.

Ad Cap. 2.

Henricus I I I Barri Comes jure à Rege ad hominium adactus eſt, p. 20. jure adactum fatentur propinqui omnes, p. 20. 21. 22. 23. 24. Symphorianus Champerius falſi convictus, p. 24. Richardus Waſſeburgius & Fr. Roſerius falſi convicti, p. 25. nihil alienavit Henricus Barrenſis, p. 25. Lotharingia per ſe regnum fuit, non regni Germanici, aut Imperii Romani pars, p. 26. Chartæ Ottonis, Amedei, Gondelandi Chiffletio contradicunt, p. 27. Fulconis locus explicatus, p. 28. & Friderici I, Ibid.

Ad Cap. 3.

Aliud Barri Comitatus, aliud Moncionis ditio, p. 28. Moncionem ad Marchionatus titulum evexit Carolus quartus, pag. 29. Marchionatus eſt ad Marcham ſita ditio, Ibid. Veteris Chronici Metenſis, Decani S. Theobaldi, Alberti Argentinenſis, Edmundi Boullayi, Iac. Rutantii, Franc. Thouvenini, Franc. Roſerii error, p. 29. 30. Robertus Dux actorum à Rege confirmationem petiit, p. 30. & Roberti filii ejus exemplo, p. 31. 32. ex Renati Regis teſtamento excerpta, p. 33. à Carolo I V Barrum Ducali titulo auctum fuiſſe impoſſibile eſt, pag. 34. 36. Lucemburgii quorum Carolus I V nepos erat, Barrum Campaniæ feudum eſſe agnovere, Ibid. Carolum ſapientem Franc. Regem, Robertum à Carolo I V avunculo Barri Ducem creatum crediſſe impoſſibile eſt, p. 36. ſuppreſſum à Lotharingis Francici regni hoſtibus Ioannis Regis diploma, p. 37. potuit Robertus jam Dux, Comes adhuc ab exteris vocari, pag. 38. potuit à Ioanne Rege Roberto Duci militia imperari, Ibid. Imo Lotharingiæ Duci, p. 39. 40. 41. cui data ætatis & delictorum venia, p. 42. 43. utrique de facto militia imperata eſt, p. 44. non omnes Francici Duces, Pares regni ſunt, Ibid. nullus ante Capetum Regem ſive Ducatus, ſive Comitatus, patrimonialis fuit, Ibid. nemo ex Comite Dux ante Philippi V I tempora factus eſt, Ibid. Pariatus quid, Ibid. eſt vox relativa, Ibid. ex proximis Philippi I I conſanguineis & affinibus ſelecti Pares duodecim, p. 45. 46. Pares Eccleſiaſtici civitatum ſuarum Domini temporales, p. 46. Laïcis paulatim alii adlecti ab A. D. 1297, p. 46. Comitum Parium exempla, Ibid. Ducum non Parium exempla, p. 47. Britanni Duces antequam Pares, Ibid. Aurelianenſis Dux Philippus, non Par, Ibid. Nemoroſii Ducatus à

Carolo

Carolo VI inſtitutus, Ibid. nihilo deteriore conditione fuit, Robertus Barri Dux, quam Philippus Aurelianenſis, & Henricus Labretanus, p. 48. non defuere teſtimonia Barrenſis Ducatus à Francis inſtituti, Ibid. non omnia referunt Annalium ſcriptores, p. 49. falſo Lotharingorum traditio obtenditur p. 49. Fr. Roſerius falſi convictus, Ibid. inutilia à Chiffletio congeſta, p. 49. 50. falſa & abſona a Chiffletio congeſta, p. 50. Decani S. Theobaldi & Chron. Metenſis loca expenduntur, p. 54. ſtatus controverſiæ Wenceſlai Regis cum Roberto Duce, p. 55. 56. 57.

Ad Cap. 4.

Caroli IV Chartæ à Chiffletio laudatæ expenduntur, p. 50. ex Caroli IV verbis Barrum ante annum 1456 ad Ducatum provectum colligitur, p. 51. quo ſenſu Caroli Princeps Robertus dicatur, Ibid.

Ad Cap. 5.

Marchionatus Pontenſis incolas quô jure tueri Carolus IV potuit, p. 52. patrocinium illud nihil ad Barrum, Ibid. Moncio, Briacum &c. Lotharingici regni vetuſta membra ſunt, Ibid.

Ad Cap. 6.

Nihil ex Caroli IV ad Dominum de Louppy mandato quod Chiffletiana ſomnia confirmet colligi poteſt, pag. 53.

Ad Cap. 7.

Nihil ex mandati ejuſdem executione ipſi commodum cedit, p. 53. memorialis vocabulô abutitur, p. 57.

Ad Cap. 8.

Yolendis Barrenſis cum Ludovico germano lis, ſupremum Francorum jus adſtruit, pag. 58. Chiffletii errata, Ibid. ſtatus controverſiæ Adolfi Bergenſis, pag. 59. de ejus invaſione ne cogitavit Clemangius, p. 59. 60. 61. an Barrum extra regnum Clemangio, p. 61. Ioanna Darcia Lotharinga non fuit, p. 62. Pii II & P. Maſſoni teſtimoniis abutitur Chiffletius, p, 63. nihil ipſi in Wiberto præſidii, Ibid. Meyeri erratum refellitur, p. 64. Hermannus Haſſus de Colonienſi Epiſcopatu cum Roberto Bavaro non contendit, p. 64. Fridericus III fuit, non quartus, *qui Nuſſienſibus auxilio fuit, Ibid. Petri de Blarro rivo mentem non cepit Chiffletius, p. 65. Renatus junior belli Nuſſienſis tempore Barri Dux non fuit. Ibid. Renatus quo ſenſu* gemino *Friderico fidem debuit, p. 65. Petri Matthæi teſtimonio abutitur Chiffletius, p. 6. & Philippi Comminæi, & Fr. Belcarii, p. 67. I. Meieri calumnia retunditur, Ibid.*

Ad Cap. 9.

Tranſactio Nurenbergica Chiffletio non favet, p. 69. nec Caroli V diploma, p. 70.

Ad Cap. 10.

Moncionis ditio proprie Barrenſis non eſt, p. 71. Barrum conditum non eſt, ut eſſet limes Imperii, Ibid. Sigeberti, Æmilii, Wiponis locis abutitur Chiffletius, Ibid. Glaber & Gregorius Turonenſis explicantur, p. 72. Anonymi de geſtis Francorum & Fredegarii cenſura, Ibid. Othonis Friſing. locus vindicatus, Ibid. Ioannes Pariſienſis refellitur, p. 72. 73. & Carolus Stephanus, p. 73. matricula Germanici Imperii, & And. Sauſſeyus nihil ad Barrum, Ibid. Renatus Dux, Barri Ducatum cum Lotharingico in unum nequaquam compegit, Ibid. unio Ducatuum ab eô facta jure nulla eſt, Ibid. Antonius Lotharingiæ, & Claudius Guiſiæ Duces Renati filii nullam Ducatuum mixtionem agnoverunt, Ibid. Franciſcus, Carolus II, Henricus, & Carolus III. Duces geminos Ducatuum titulos ſemper majorum exemplo prætulerunt, p. 74. Barrenſes vi pactionis Nuremburgicæ à Cameræ tribunali exempti non ſunt, Ibid. Franc. Thonvenini commenta ex pactis Nuremburgicis refelluntur: Ibid. Willelmi Beckers error, p. 75. Circulus Burgundicus nihil ad Barrenſem Ducatum, Ibid.

Ad Cap. 11.

Iac. Rutantii Commenta refelluntur, p. 75. 76. ex Concilii Imperialis decreto, & Nicolai Comitis ſacramento non evincitur Barrum eſſe Imperiale, p. 77. Chiffletii fraudes reteguntur, p. 78. Comitia Auguſtana de Barrenſi Ditione non agunt, Ibid. Thuani verbis abutitur Chiffletius, Ibid. ejus in Henricum II Regem calumniæ, Ibid. imaginaria Barri occupatio anno 1553, & reſtitutio anno 1559. p. 79. qui poſſeſſionem ſubdito reſtituit, jus in eam ſupremi dominii non abdicat, p. 80. Francis injurius Chiffletius, ipſis Hiſpanica crimina præter meritum imputat, Ibid.

Ad Cap. 12.

Inveſtituræ Henrici & Caroli Ducum Chiffletio adverſantur, p. 80. etiamſi inveſtituræ illæ Barrum comprehenderent nullius ponderis eſſent, Ibid. pro Ducatibus Lotharingico & Barrenſi ſcriptæ non ſunt, p. 81. 82. Clari montis Dominium à Germaniæ Regibus extra fines ſuos in feudum dari non potuit, p. 82. Metenſis, Virdunenſis, Tullenſis diœceſes, Album montem, Belliſtheimium, Romarici montem, Hattonis caſtrum &c. complexæ, coronæ Franciæ accrevere, p. 82. Clari montis dominium neque nunc eſt, neque unquam fuit Imperii Principatus, *p. 83. nulla Barri Ducatus privilegia Germaniæ Regibus debet, Ibid.*

Ad

Ad Cap. 13. & 14.

In diplomatis à Regibus Carolo IX anno 1571. 72. 73, & Henrico III, anno 1575 datis nihil quod jure vellicet habet Chiffletius, p. 84. nihil ei in Nicolai Comitis juramento opis eſt, Ibid. nihil in Maximiliani II inveſtiturà, p. 25. inſulſa & impudentia Chiffletii de Caroli II Ducis pactis commenta, Ibid.

Ad Cap. 15.

Injuriam non intulit, ſed illatam propulſavit Suecorum Rex Guſtavus, p. 8. Ludovici XIII in geſtis Lotharingicis, & pactis cum Carolo III ſcopus, p. 86. pacti Vicenſis æquitas, Ibid. Calumniæ in Regem reus Chiffletius, p. 93.

Ad Cap. 16.

Pacti Liverdunenſis, & Decreti Pariſienſis æquitas, p. 87. nec Clarus mons, nec Marſallum, nec Vicus, nec Mejeni vicus Imperialia ſunt, Germanis ipſis & Hiſpanis fatentibus, p. 88.

Ad Cap. 17.

Pacti Charmenſis æquitas, Ibid. Suecos provocavit Carolus Dux, pag. 93. cur ſeptum ejus hoſpitium, Ibid.

Ad Cap. 18.

Iniqua Caroli Ducis adverſus pacta conventa proteſtatio, p. 87.

Ad Cap. 19.

Pacti Pariſienſis æquitas, p. 87.

Ad Cap. 20.

Caroli & Nicolai Ducum germanorum proteſtationes iniquæ: oblatus ab hoc libellus injurius, Ibid. illius proteſtatio Chiffletium refellit.

Ad Cap. 21.

Quo latius ſe Barrenſis ditio porriget, eò plura Francico regno accreſcent, p. 98 &c.

Ad Cap. 22.

Fortia Caroli III pro Auſtriacis facinora ab ipſis remuneranda ſunt, non tamen de alieno, p. 93. Godefridi Barbati Virdunenſis hiſtoriam non percepit Chiffletius, p. 88. Lotharius Franc. Rex Ottonis 3. patrocinium ſuſcepit, p. 89. Henricus Bajoar. Dux tyrannidem affectavit, p. 90. Godefridus Henrici partibus favit, p. 91. cum Godefrido nihil Carolo 3 commune, p. 92.

Ad Cap. 23.

Caroli Ducis Barrenſe ſtemma nihil ad cauſam, p. 94. in eô Chiffletii errata, Ibid. Fridericus, Antonius, & Fridericus Vadonis montis Comites Duces non fuere, p. 96. ſuperflua de Caroli Ducis inſignibus diſputatio, p. 95. nihil illi ex aquilulis præſidii, Ibid. an Theobaldus Dux ad Bovinas pugnaverit, Ibid. Guill. Brito Chiffletio non intellectus, Ibid. quo ſenſu Carolus Dux Aquilæ pullus, *Ibid.* Marchiſi *titulus à Lotharingiæ Ducibus geſtatus Chiffletium refellit, p. 97. Clamor Lotharingiæ Ducum bellicus quod vult nequaquam ſuadet, p. 78.*

Ad Paralipomena.

Antonium Ducem criminatur Chiffletius, p. 69. Henricum Barri Comitem captivum fuiſſe gratis fingit. Ibid. Franciſco I Regi injurius eſt.

BAR-

BARRVM
CAMPANO-FRANCICVM.

Nævorum Lotharienſi Commentario à *Ioanne Iacobô Chiffletiô*, ut fucum Seren^mo Duci CAROLO III faceret, edito adſperſorum demonſtratio.

MOſam ab anno 843 Franciæ *mediæ* & *Occidentalis* communem inter Vallem Coloris & Macerias † limitem fuiſſe,cum utrinque ſtatuamus ; nec Barrum Ducale oppidum trans Moſæ ripam Occidentalem ſitum negare, etſi velis,poſſis ; ne id regni noſtri membris accenſeri debere ipſa te loci poſitio cogat , ad ſolitas tuas præſtigias converſus,falſa falſis cumulas; [1] ac primum Henricum Aucupem(dum nullo judicio *Cæſaribus* annumeras) titulo, cujus res vel penes Berengarium 1 Romæ ditioniſque ſubditæ, tantiſperdum vixit , ſolum potentem; vel (eô ſublatô) nullibi fuit ; quemque coætaneus nemo, vel ſuppar, Henrico tribuit ; Henricus ipſe ne ſemel ſumpſit ; ridiculo falſæ vocis ludibrio dehoneſtas potius quam ornas. 2. Othonem, qui ſimulac patri ſuffectus eſt, Lotharienſis regni clavum tenuit, annoque demum 762 Febr. 2. feria 1. *Romanorum* ſive *Imperator*, ſive *Cæſar* ſalutatus eſt ; quà *Cæſar* fuit, Lotharienſibus jura dixiſſe fingis. 3. Henricum & Othonem (quorum in Lotharingia dominatio,non belli jure, ſed ſolâ Caroli *Simplicis*,ſub cuſtodia Herberti Comitis tunc poſiti , improbata Francis univerſis ceſſione nitebatur) *Romanas* Aquilas,quas nec habebant, nec (ſi ii *Cæſares* fuiſſent)habere ut *Imperii Symbola* poterant , *in Lotharingiam* intuliſſe , iiſque non ſolos Lotharingos , ſed alios Occidentaliores *ſubjeciſſe* ſomnias ; quaſi vero ante annum 1100 ſigillum ullum , aut numiſma, aut vexillum , *Aquilæ* (Imperii Germanici à ſæculis aliquot indicis) *figurâ* inſigne uſpiam aut videris , aut aſſervari à comperta loquentibus ullis audieris. 4. Franciam ſive transrhenanam, ſive mediam,*Imperii Romani* nomine , ſæculi præſentis vanis rerum inhiantis porrigine infectus, perperam appellas, vocabulis(quibus nihil veri ſubſit)deſtinatò abutens: 5. Trevirenſem Archiepiſcopum,ab ipſis Othonum,qui ſibi invicem hæreditario jure ſuccedebant,temporibus *Electorem Principem* fuiſſe vis ; nec tamen nullum *electionis* ante annum 1077 decretum conditum fuiſſe advertis , quô (florente regnantium familia)patris locô non filius,ſed quilibet alius,ſuffragiis vel prenſatis,vel ſponte & ex conſcientia latis ad ſolium eveheretur. 6. Eundem *Archicancellarium per Gallias* dictum garris , quantumvis unitum inter Trevirorum Præſules Rogerium habeas, qui Caroli noſtri *Simplicis*, non vero Regis ullius Transrhenani , Cancellariatu functus ſit. 7. *factum in magnâ Imperii amplitudine,& linguarum diverſitate fuiſſe,ut ad pertractanda commodius negotia, & ad ſolemnis formulæ Diplomata Cæſarum expedienda, tres Archi-*

† Vaucouleur Maizieres.

[1] c. 1. p. 1.

cancellarii ſapienter fuerint conſtituti, Moguntinus per Germaniam & Sclavonias; Trevirenſis per Gallias & Regnum Arelatenſe; Colonienſis per Italias & Inſulas marinas, *hæc*que te *ex Imperii matriculâ* habere, ridicule & abſurde jactas: cum inſtitutionis, cujus primus auctor fumorum, ſi quiſquam alius, ſitibundus Carolus IV fuit, ne unum vel teſtimonium, vel exemplum tibi ſuppetat; regni Italici ante annum 951, *Arelatenſis* ante 1032 potentem Germaniæ Regem nullum fuiſſe; *Matriculas* vero quas laudas, poſt A. D. 1358 ex Caroli IV, ſonos ſine mente fere ubique dantis, & inania ac dramatica ſtatuentis, præſcriptô compoſitas fuiſſe res ipſa clamet. Dic ſodes, Chiffleti, quot *Italias*, ex veterum, aut certa ſcribentium mente, didiciſti? quot *Slavonias* & *Inſulas* Germaniæ Regibus ſubditas noſti? quid, nominatis *Inſulis*, ſolas *marinas* intelligi notare neceſſe fuit? an quemquam tam hebetem credideris, ut de *fluvialibus*(quas ne mappæ geographicæ notare, niſi raro, dignantur) *in tanta Imperii amplitudine* non agi monendus fuerit? An denique *Arelatenſe regnum* extra *Gallias*, ut ab iiſdem merito diſtinguatur, jure collocaveris? ex ejuſmodi lacunis, vel ad fæces, ſi tamen aliud quam fæces contineant, hauri quantum lubet; nec nobis invidiam facies, nec tibi inepto ridiculorum admiratori fidem à Cordatis impetrabis. *In matriculâ* tuâ *Abbas Fuldenſis Primas Germaniæ & Galliæ*, *& Archicancellarius Imperatricis* vocatur. Quid ad nos, qui vocabula, & dicta, quorum ſanus aut verus ſenſus nullus ſit, flocci facimus? tu ſi potes, ullum *Fuldenſis Monaſterii* Archimandritis, veri nomini *in Germania & Gallia Primatum* ab antiquô fuiſſe, aut nunc Epiſcopos qui ſe presbytero minores, illi primas, ſibi ſecundas reſervari debere fateantur, [1] nec ad Hecilonis Hildenesheimenſis, Wideradum Fuldenſem annô 1063 loco movere auſi, exemplum ſe componere parati ſint, dari proba; nobiſque Fuldenſes Abbates, qui revera *Imperatricum Cancellarii* fuerint enumera: nobis enim res ipſas attendere, & caſſos nudorum titulorum tinnitus procul eſſe jubere propoſitum eſt.

[1] Lambertu Chron.

Antiquos Imperii ultra Moſam limites, clare à Reginone Abbate ad annum 879 *indicatos* fruſtra contendis; nec te lectorem ambiguô *Imperii* vocabulô ludere pudet; ipſum Reginonem audiamus, Ludovicus Germaniæ Rex *cognita morte æquivoci ſui* (Ludovici Balbi Francorum Occidentalium Regis) *Regnum illius invadere diſpoſuit, & tranſvadato Moſa*, Imperii *fines occupavit*; (tu *Imperii* nomen, quod de Gallico, ſeu Franciæ Occidentalis regno à te laudatus auctor acceperat) ridicule ad Germanicum trahis: quod ne inficiari audeas, quæro ex te annon *de regno* Lotharii, *ſibi* anno 870, Auguſti 9, [2] *Tungris, Tullum, Viridunum, Montem Falconis, S. Michaelis monaſterium acceperit*, & Ludovico *Balbo* moriens reliquerit Carolus *Calvus*: 2 annon poſt ejus dormitionem, per annos 3, menſes 2 (dies 19, inter Octob. 6 anni 877, qui ejus poſtremus fuit, & 880 Decembris 25, quo Carolus *Craſſus* ei ſuffectus eſt) *Imperium Romanum* vocaverit. 3. annon Ludovicus, qui *Balbi regnum invadere diſpoſuit*, Germaniæ & Lotharingiæ partem regni jure tenuerit. 4. annon ab anno 840, quo Ludovicus *Pius* deceſſit; ad 880, quo *Craſſus* nepos Romæ *Imperator* ſalutatus eſt, nullum ex iis qui in Germania regnarunt principibus, *Imperatorio* titulo inſignem fuiſſe conſtet. 5. Annon denique *Imperium* pro ditione regia quacunque paſſim acceperit Regino, qui hæc ad A. D. 838 de Ludovico *Pio* ſcripſit, *Ludovicus Imperio privatur, regni Monarchia*

[2] Annal. Bertin.

narchia Lothario traditur; ad A. D. 840 de Lothario *Imperium* (ideſt ditionem paternam) *arripuit*, prout ipſemet explicat ad A. D. 841 his de Lotharii fratribus verbis, *Ludovicus & Carolus indignati quod regno paterno privati eſſent.* ad annum eundem *in Imperii Francorum*, ideſt ditionis, *diviſione, Carolo Occidentalia regna ceſſere.* ad A. D. 855 de Lothario *convocatis primoribus regni Imperium* (ſeu ditionem) *diviſit.* ad A. D. 880 de Carolo Magno *terminos Imperii ſui* (ſeu ditionis) *ſæpius dilatavit* &c. *ſummum Imperii faſtigium non ſolum Francorum, verumetiam diverſarum gentium regnorumque obtinuit.* & de Arnulfo *idoneus qui Francorum Imperii ſceptra ſuſciperet.* ad A. D. 882 de Carolo *Craſſo* in Italia hærente, *periclitanti Imperio ſuccurreret* &c. *ad ſuſcipienda regna hæreditario jure ſibi competentia*, vocatus. ad A. D. 884 de Francorum Occidentalium Rege, *quiſquis ille eſſet, qui in regnum ſuccederet, ſi quiete & pacifice Imperium tenere vellet.* ad A. D. 887 de Caroli *Craſſi* ditione *tanti Imperii regna*, ideſt (ex ejuſdem ad annum 888 interpretatione) *regna quæ ejus ditioni paruerant.* Hinc meridianâ luce clarius eſt in locô à te male arrepto, horum verborum, *regnum* (Ludovici) *invadere diſpoſuit, & tranſvadato Moſa* Imperii *fines occupavit*; alium nullum ab hoc ſenſum eſſe poſſe, *ditionis* Ludovico paulo ante ſubjectæ *fines occupavit.* Id ipſum Annales Fuldenſes ad eundem annum confirmant; in Galliam perrexit, *venit uſque Virdunum. Exercitus autem qui eum ſequebatur, quoniam à civibus illis ſibi victus neceſſaria, juſto precio emere non potuiſſet, verſus eſt ad prædam, & pene univerſam depopulatus eſt civitatem. Rex vero miſſis quibuſdam fidelibus ſuis ultra Moſam fluvium ad Optimates regionis illius, reverſus eſt in Franciam.* & diſtinctius Bertiniani, Gozlenus Abbas & Chuonradus Comes; *miſerunt nuncios ſuos ad prædictum Ludovicum & uxorem ejus, mandantes, ut uſque Mettis venire accelerarent, & illuc omnes Epiſcopos & Abbates ac Primores iſtius Regni ad illum perducere poſſent; ſicque per Silvacum & ſecus Axonam multas deprædationes ac rapinas facientes, uſque ad Viridunum venerunt. Veniente autem Ludovico Mettis, iterum ad illum nuncios miſerunt, poſtulantes ut uſque Viridunum veniret, quatenus commodius populum illius Regni ad illum perducere poſſent. Veniens autem Ludovicus uſque ad Viridunum tanta mala exercitus ejus in omnibus nequitiis egit, ut Paganorum mala facta, illorum vincere viderentur. Audientes autem Hugo, & Boſo, ac Theodericus, & illorum ſocii, quæ Gozlenus & Chuonradus, cum illorum complicibus machinabantur, miſerunt Vultarium Epiſcopum Aurelianenſem, & Goiramnum ac Anſcherum Comites ad Ludovicum apud Viridunum, ut ei offerrent partem de regno Lotharii junioris, quam Carolus, contra fratrem ſuum Ludovicum, ipſius Ludovici patrem, acceperat; ut accepta illa portione Regni, in Regnum ſuum rediret, & quod reliquum de Regno patris ſui Caroli Ludovicus habuit, filiis ſuis conſentiret. Ludovicus vero & ſui acceptam habentes talem oblationem, cum dedecore Gozlenum & Chuonradum ac complices illorum rejecerunt, & accepta Regni parte ſibi oblata ad palatium ſuum Franconofurd rediit.* Ex his Ludovicum, qui Mettis primum ſubſtiterat, promoto ad factioſorum preces gradu Viridunum veniſſe, nec ultra niſi per miſſos progreſſum eſſe. tu *Moſam trajeciſſe*, & *ditionem Franciæ finitimam*, quæque *Germanici Imperii* eſſet, occupaſſe putas; ſed utrobique falleris, quandoquidem Virduni terminum hæſiſſe, utque Virdunum, regni tunc Occidentalis appendicem, appelleret propriis finibus

exceſſiſſe, tam Bertiniani, quam Fuldenſes Annales expreſſe docent. ſi Virdunum petens *in Galliam perrexit*; ſi factioſi, qui Occidentalem Franciam ejus libidini prodebant, Virdunum (ut ipſum in regni patrii limine exciperent) conceſſere; [1] ſi *Scarponinſe, Virdunenſe, Dulmenſe, Arlon, Waurenſe, Moſminſe, Caſtricium, Condruſt, Arduenna ex parte*, cum *Tullenſi* trans Moſam ad Orientem poſita, & Moſellæ non uno loco adjacentia territoria, Occidentalibus Francis tunc temporis paruere; nec ad Moſam, niſi prope Leodium, ſive *Liugas*; ad Moſellam, niſi Metis & Treveris Germanicum *Imperium* pertigit; quis tibi Reginoni ſenſum non modo aperte falſum, ſed abſolute, in illo rerum ſtatu, impoſſibilem affingere auſo, niſi forte mente motus aurem accommodet? Si Tullum Moſellæ confine, *Imperii* Germanici tunc temporis non fuit; quanto minus tractus ille, qui poſt A. D. 951 à *Barro* Caſtro *Barrenſis* dictus eſt, cum magnâ ex parte ad Moſæ lævam & Occidentalem ripam jaceat, *Germanicus*; ſive ut tecum loquar, Imperialis eſſe potuerit? tu Ludovicum Virduni Moſam, ex opinione tua, trajicientem aliam quam *Barrenſem* ditionem occupare potuiſſe ridicule negas; quid enim eum ad Virduno, Occidentem verſus, oppoſiti pagi meridiem deflectere, & à conjuratis [2] *Gozleni & Chuonradi ſecus Axonam* prædas agentibus *complicibus* procul abſcedere coegiſſet? ſi Tullo in Franciam noſtram irrupturus fuiſſet, recta Barrenſem tractum petiiſſet, Virduni conſiſtens Vongenſem, Caſtricium, & Porcenſem pagos *tranſvadato Moſa* proximos habuiſſet, & obvios; nec aliorſum ſe vertiſſet, qui anno 880, cum *Aquis Duciacum veniſſet, inde ad Attiniacum & Ercuriacum, uſque ad Ribodi montem pervenit*. Vides itaque te tam viarum, quam finium noſtrorum ignarum, Francica omnia ut *avia peragrare*. *Lotharium* I *& Arnulfum Imperatores*, & *Ludovicum* III, quem male *Imperatoribus* accenſes, *Lotharingiæ Reges* fuiſſe, tam certum eſt, quam falſum cenſeri debet, *Lotharingiæ* regni proprie dicti, & per ſe conſiſtentis incolis, eos *Imperii* ſive *Germanici*, quod fere totum trans Rhenum erat, ſive *Romani*(quod Italiæ ſextantem non complectebatur)dominatos fuiſſe. Nec aliud ex his Reginonis ad annum 869 verbis eviceris. [3] *totius regni* Lotharii *nobilitas quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, ut in modum denſarum ſegetum pullulans, veluti quoddam examen Imperii fines impleverit*; tu de *Lotharienſibus* univerſis interpretaris, ut eos *Moſam tranſgreſſos*, colonias in Campaniâ noſtrâ (quam imperite & falſo illi, quod ſomnias, *Imperio* adjudicas) duxiſſe obtineas; ſed Regino de ſola *nobilitate* loquitur; cujus, Regem ſuum comitatæ, *tanta* in Italiâ *ſtrages facta fuerat, ut non peſte periiſſe, ſed hoſtili gladio corruiſſe videretur*; ea enim [4] *coacervatim* extra patriam *moriente*, Lotharii regnum exhauſtum videri potuit, cum ante denſa nobilium *examina* per totum ejus corpus ferverent; & *Imperii*, non *Romani*, quod Ludovico Lotharii germano ſuberat; non *Germanici*, quod Ludovico ejus patruo; non *Gallici*, quod Carolo *Calvo* parebat; ſed *Lotharingici*, ſeu ſubditæ Lothario ditionis *fines implerent*. Cum igitur Lotharingos *Moſam tranſgreſſos* non dicat, ſed ab eorum *nobilitatè, examinis* inſtar fuſâ, *Imperii* ſeu regni, quod illa incolebat, *fines impletos* prædicet; imperite Aurelianenſi tuâ, quæ corrumpit non illuſtrat, gloſſâ textum ejus vexas; vtque tibi patrii ſoli *finibus* Lotharingos *exceſſiſſe* gratis demus, nequaquam argumentum tuum procedet, *extra fines ſuos pervagati* ſunt, ergo *Barrenſem tractum incoluerunt*, & *totus ille tractus ab Im-*

[1] Annal. Bertin. ad A. D. 870.

[2] Annal. Bertin.

[3] Comm. Loth. p. 2.

[4] Annal. Bertin.

ab Imperio Germanico pependit: nec ex Reginonis verbis ullum ſibi opinio tua præſidium comparaverit.

Alium, à Reginone depulſus, ei patronum quæris, vitæ S. Gerardi Tullenſium, ad A.D. 963 ſedentis, ſcriptorem; hæc cap. 5. de Brunone Archiepiſcopo notantem, *Erat tunc temporis venerandus Bruno Agrippinæ Eccleſiæ ſummus Pontifex, qui in tota Germania, ſibique* finitimis *partibus* Imperiales *agebat vices, utpote Magni Othonis Auguſti germanus frater*; nec mirum ſi hominem nuperum, qui falſa propugnanti paria, ſuggereret, nactus in dignum patellâ operculum incidiſſe te putes. Brunoni germano, Wicfredo Colonienſi ſuffecto, *regnum Lotharienſe* A. D. 953 [1] antequam *Imperiali honore ſublimatus* eſſet, decimô, *commiſerat Otho* Magnus; *in tota* tamèn *Germania finitimiſque partibus* (quaſi per totam ditionem *Vicarius* ab Othone jam *Imperatore* factus fuiſſet) *Imperiales* eum *vices egiſſe*, bis peccans Anonymus tuus finxit: ſed nec tibi favet, qui per *totam Germaniam*, regnum transrhenanum; per *finitimas partes*, regnum Lotharienſe intellexit; nec tibi, verbis ejus abutenti, concludere licet, *Imperium*, de quo non loquitur, *Barrenſem ditionem complexum* fuiſſe. Multo minus falſa falſis tuo more cumulare licebit, quid enim tu? *poſtquam Comitatus Campaniæ, ex Francorum uſurpatione, deſiit Cæſares recognoſcere, ſejunctionis Regni & Imperii teſtes fuere* cippi aliquot ænei ad viam militarem (*quæ Barrenſe territorium ſeparat à Campania Tricaſſina*) olim adſpectabiles, qui parte alterâ Aquilam, Imperii teſſeram, præferebant; altera vero lilia, Regni Francici ſymbola; [2] *Sed Henricus* II *Franciæ Rex, cum adverſus Carolum* V *Imp. bellum moviſſet, cippos illos deturbari mandavit.* Id ſciunt, & ab avis acceperunt tractus illius accolæ. Atqui *Campania à Francis* nunquam *uſurpata* eſt; nunquam *Cæſares* (niſi forte in Francia Occidentali, ut Carolus *Magnus*, Ludovicus *Pius*, Carolus *Calvus*, & *Craſſus* regnarent) *recognovit*, aut *recognoſcere deſiiſſe* dici potuit; *Barrenſem*que *ditionem* à Campania *cippis ſejunctionem Imperii & Regno teſtantibus* diſtinctam fuiſſe, tam falſum eſt, quam verum & certum haberi debet, Barri Comites, & Lotharingiæ Duces, Campaniæ Comitatus *homines* fuiſſe: quod addis, *cippos* illos, ſi Deo placet, *æneos, alterâ Aquilam, alterâ parte lilia præferentes, Henrici* II *mandato* everſos fuiſſe; putida Franciſci Thouvenini, poſt ſpoliatam avito jure à patruo, qui id legitimum per annos 17 à 1608 ad 1625 indeſinenter agnoverat, Nicolaam Ducem, in Regem de Lotharingis optime meritum, & ſpoliantis avum maternum, cuſa calumnia eſt; cujus te, ſi qua frons eſſet, pudere merito debeat; ſed rubore nullo, poſtquam ferrea facta eſt, perfundi jam poteſt, nihilque eſt adeo inſolens, quod non arrideat, modo Francorum famæ officere videatur. *Id* quod Thouveninus mentitus eſt, *ſcire, & ab avis accepiſſe tractus* Barrenſis *accolas, qui ſtelas illas in privatis colloquiis vocare adhuc ſoleant* Imperii terminos, *vulgo* les metes de l'Empire; *nonnullas earum terrâ pridem obrutas, noſtris temporibus in conſpectum eductas, limites* vero *ejuſmodi, ſed lapideos, in Capellatio, ab Ammiano olim* lapides terminales, qui Alemannorum & Burgundionum confinia diſtinguebant, *vocatos* perinde fabularis, ac ſi quicquid domi & in aurem muſſant Barrenſes, tibi compertum ſit; aut noſtra, quid illi a tui ſimilibus faſcinati, ſive *privatim*, ſive *publice* nugentur, reſcire, interſit; *ſciunt* illi, *& ab avis acceperunt*, eodem prorſus modô, quô Campaniæ, Picardiæ, Hannoniæ vulgus *ſcit, & ab avis*

[1] Flodoard. Chron vita Brunonis c. 17.20.21.27. 37.39.40.45. Sigebert. ad A. D. 959.

[2] A.D. 1552.

ab avis accepit, vias Romanorum militares, quarum ſtupendas reliquias præ oculis habet; à Brunhaldo Bagaci Rege nocte unica, Magicis artibus ſtratas fuiſſe; nemo enim è plebe eas *Brunhaldi calciatas*, idiomate ſuo *les chauſſees de Brunehaut* vocare ſuavibus Majorum fabulis ineſcatus dubitat; tu tamen qui commentitium Bagaci Regem nullum fuiſſe noſti, in falſam eorum ſententiam tranſeundum tibi nequaquam putas; cur nos nugatoribus circumducendos tradas? Si *ſtelas*, quales fingis, *terra pridem obrutas, in conſpectum noſtris temporibus eductas* compertum habes, dic quibus in terris, quidve iis factum ſit; ſi non habes, tace.

Ne quis te nullo ordine agere conſueviſſe, dubitandi nobis locus relictus ſit; poſt priora omnia, quibus egregie confirmatam ſententiam tuam putas, *ab ovo rem* ipſam *redordiris*, nobiſque *prima Barrenſis arcis initia* (quaſi de iis quiſquam diſputaret) ex *Brunonis Tullenſis Epiſcopi, qui poſtea S. Leo* IX *dictus eſt, libello* [1] de ſucceſſoribus S. Hildulphi in Voſago eruis. *Interea* Dux *Fridericus ſuæ utilitatis inſudans negotiis, Caſtrum cognominatum* Barrum *conſtruxit, in* prædio *Eccleſiæ Tullenſis; quâ de cauſa Gerardus, vir totius ſanctitatis præconio efferendus, Imperatorem Othonem Majorem adiit, & illi injuriam illatam ſuæ urbi intimavit; à quô* Dux *ſatisfacere juſſus, pro pervaſione prædii, mutuæ viciſſitudinis conditione, duas Abbatias Medium-Monaſterium & Galilæam, cum aliquot villis patrimonii ſui, contradidit ei, ut poſſet ipſe pacifice poſſidere quod præſumpſerat ſibi. Cumque tali pactô denominata loca Tullenſi Diæceſi ceſſiſſent, memoratuſque Præſul officiales eorum Sacramento ſibi adſtrinxiſſet, ob monumentum iſtiuſmodi ceſſionis, ſecum tulit Cambutas Beatorum Antiſtitum Hildulfi atque Deodati, ſpecie quidem viliſſimas, nec (ut hac noſtra ætate* paſſim *cernitur) artificioſe cameratas & politas, ſed tamen ad oſtentationem ſanctæ mortificationis, mentiſque eorum efficaciſſimas, quibus nihil pompæ adjecerat artium induſtria, natura ſufficiente ad omnia; has ergo Antiſtes ille devotus, poſtquam metallis pretioſis, pariterque reliquiis ſanctorum inſignivit, in gazophylaciô ſanctuarii ſervari præcepit, quod & hactenus fit.* Huic Brunonem Herculanum Chronici S. Deodati ſcriptorem ſubjungis. [2] *Gauzelinus Gerardum patria Agrippinenſem, virum ſine controverſiâ, ſanctimoniâ & morum puritate inſignem, ſucceſſorem reliquit; cujus temporibus cum Comes Campaniæ Belgicæ incurſionibus & rapinis* Lotharingorum *agros popularetur,* Fridericus Dux Lotharingorum *nihil prius habuit, quam in prædio Epiſcopi Tullenſis (cum nullus commodior locus ſe offerret)* Arcem, *ſive* propugnaculum *ſibi conſtruere, & forti munire præſidiô, quo non tam facilem aditum, ut prius, Comes ad Lotharingos haberet; quod ampliatum, & in oppidum redactum, uſque hodie* Barrum Ducis *vocatur. Verum Gerardus prædium Epiſcopio ademptum ægre ferens, ſæpe eâ de re conqueſtus eſt apud Othonem Imp. Tandem Fridericus ab Othone compulſus, reſtitutionis titulô Collegium Canonicorum vallis Galilææ & Medium-Monaſterium Gerardo donavit atque ceſſit; in cujus ceſſionis fidem baculos paſtorales, quos Cambutas vocant, utriuſque loci Sacerdotes alium in Paſtorem, quam Antiſtitem Tullenſem eligendi, ſibi jus ademptum intelligerent.*

Antequam intricata nonnulla in Brunone utroque indicemus, operæ pretium fuerit, ſedulo quod ex antiquis Tullenſis Eccleſiæ tabulis eruiſti, adnotare; hæc nim. *S. Gerardus Auguſti Othonis auctoritate, agente quoque germano ejus Domno Brunone Colonienſi Archipræſule, una cunctorum acclamatione electus,*

[1] c. 10.

[2] Comm. Loth. p. 3.

electus, 4 *Kal. Aprilis Leucorum urbis ſacratus eſt Antiſtes.* anno enim Domini 963 Martii 29 in feriam 1 ordinationum diem ſolennem incidit, unde Gerardum annô 994 April. 23 defunctum, Tullenſem ſedem annis 31, menſe 1, diebus 25 tenuiſſe conſtat; anno 951 *Fridericus* jam Beatricis ſponſus [1] *munitionem in loco qui* Fanis dicebatur *conſtruere cœpit*; anno circiter [2] 954 de *tertia parte poſſeſſionum Abbatiæ* S. Michaelis *caſtrum* Barrum *caſavit.* anno 955 *Hugonis Principis filiam duxit uxorem*; anno 959 *revocatis* Lotharienſibus Bruno Archiepiſcopus, eundem *vice ſua præfecit*; jam Dux, A. D. 963, vel paulo poſt, cum Gerardo Tullenſi pactus eſt; anno denique 971, Indict. 14, Othonis 35, S. Michaelis Eccleſiam *in monte Barro* fundavit: hinc patet inter primam Fanis munitionem, & Gerardi Epiſcopatum, annos 13 effluxiſſe, eamque ſedente Gozleno antequam Fridericus Ducali titulo inſignis eſſe; tcœptam; non tamen Barri niſi poſtquam ad Ducatum evectus eſt, perfectam; invaſo à Friderico Tullenſis Eccleſiæ prædio, non tam *urbi*, quam *ſedi illatam injuriam*: Galileam, & Mejeni monaſterium *Diœceſi Tullenſi* poſt Friderici pactum *ceſſiſſe*; non quod antea, extra *Diœceſeos* Tullenſis ambitum ſita eſſent; ſed quod Epiſcopali Tullenſium Antiſtitum menſæ, vi pacti illius, vel reipſa, vel ſaltem Gerardi Epiſcopi ſpe, in perpetuum unita ſint; Brunoni Tullenſi cum Herculano, & anonymo fundationis S. Michaelis ſcriptore, parum convenire; quandoquidem primus, Fridericum *ſuæ utilitatis* negotiis *inſudaſſe*; ſecundus, & 3 cum bono publico, ut *aditum Campanis* in Lotharingiam præcluderet, invigilaſſe; quorum aliud ad vituperium, aliud vero ad Friderici laudem facit. Sed eam, quam Francorum Regibus intentas, litem, cum ſuperiora minime tangere videantur, ad eam propius accedamus; tu duplici adverſus nos argumento pugnas, *prædium* (inquis) *Epiſcopi Tullenſis, à Friderico occupatum Imperio obnoxium fuiſſe, probat diploma fundationis S. Michaelis in Barro monte datum*, Anno 971, Indict. 14, anno 35 Imperii Magni Othonis; *unde colligitur, Barrum (æque ac alia Lotharingiæ membra) in fundo Imperii poſſeſſum fuiſſe, primum quidem ab Epiſcopo Tullenſi, ſacri Imperii Principe; deinde à Lotharingiæ Duce, virtute permutationis auctoritate Cæſareâ roboratæ, quam ratam habuiſſe S. Gerardum vel ex eo conſtat, quod* anno 992 Eccleſiam Barri Ducis in honore S. Stephani ipſemet benedixit *auctore Alberico*: Verum hic multa peccas, nam 1 adverſus laudatos à te teſtes diſputas, Barrum *in Lotharingia* ſitum, ejuſque *membrum* fuiſſe, quod illi negant, aſſerens; ipſos audi, Auctor Hiſtoriæ S. Michaelis ſub Theoderico Duce, inter annum 983 & 1024 ſcriptæ. *Hic Fridericus, propter frequentes Campanorum in Lotharingiam incurſiones, in confinio Lotharingiæ & Companiæ caſtrum extruxit; quod* Barrum, *quaſi* Barram *nominavit.* Herculanus loco à te citato, *cum Comes Campaniæ Belgicæ incurſionibus & rapinis Lotharingorum agros popularetur, Fridericus Dux* &c. *nihil prius habuit, quam* &c. *arcem ſive propugnaculum ſibi conſtruere, & forti munire præſidiô, quo non tam facilem* aditum *ut prius, Comes* ad Lotharingos *haberet.* tunc *Lotharingiæ confinium*, Lotharingiam fuiſſe, quodque *aditum ad Lotharingos* præcluſit, extra eorum regionem ex neceſſitate poſitum, in ea collocandum fuiſſe dixeris, ut quæ veſtibulum ante ipſum conſtituta noſti, in domo (ubi eſſe nequaquam poſſunt) quæras? 2. male titulum *Principis ſacri Imperii*, ex uſu hodierno petitum, Othoniano ſæculo, quod uſu iſto antiquius fuit, tribuis. 3. nihil Charta *fundationis S. Michaelis*

[1] Flodoard.
[2] Hiſt. fund. Abbat. S. Michaelis.

chaelis in Barro monte Othonis anno 35 conſignata vel probat, vel probare poteſt; cum enim eam, non Barri, ſed in Lotharingia Othoni ſubdita, à Friderico ejus Duce, Othonis ejuſdem ſubdito, quique ſuam dignitatem ejus beneficio in ſolidum debebat, ſcriptam conſtet; licet de re extra Lotharingiam, univerſamque ditionem ſita egerit; annis regni Othoniani notanda fuit: tu vero (quô ex loco data ſit, ut *Barri* potius quam alibi ſcripta videatur) dolo retices; ac ſtrenue quod ex annorum Othonianorum adnotatione te urget incommodum ſtrenue diſſimulas; annus enim Domini 971 cum Othonis Imperii anno IX concurrebat, nec tamen annus Othonis IX chartæ appoſitus eſt, ſed 35; ut manifeſtum fieret eum non *Imperii* (quod vis) ſed *regni* tantum titulo in Lotharingia dominatum eſſe. 4. Etiamſi eam Barri ſcriptam, anniſque Othonianis conſignatam fuiſſe demus, non inde ſequetur Barrum in Othoniana ditione conditum fuiſſe: quandoquidem [1] Stephanus VII Papa Romæ, extra Henrici *Aucupis*, & Hugonis Italorum Regis ditionem A. D. 929 April. 27 Chartam pro Bronienſibus, utriuſque principis annis conſignavit; & [2] Otho I A. D. 946 Sept. 19 pro Walciodorenſibus, *juxta civitatem, Remis dictam*, adeoque extra regni proprii fines, ſcriptæ Chartæ annum regni ſui XI appoſuit. 5. conſequentia plane nulla eſt, Barrum in *Tullenſis Epiſcopi*, cujus in Lotharingia Moſellanica ſedes erat, *prædio condidit* Fridericus; Ergo *in Lotharingia* condidit. Diœceſis enim Tullenſis pars Orientalis, inter Moſam & Moſellam magna ex parte ſita, Lotharingica fuit; Occidentalis inter Moſam & Matronam poſita, Campanica & Franciæ Occidentalis fuit; eodemque modo Eccleſia Lotharingica, prædia extra Lotharingiam habere, [3] quo S. Remigii Abbatia in Francorum regno fundata Marſnam in Lotharingia inferiori, [4] S. Dionyſii monaſterium, prioratum Lebraha in Alſatia; S. Deodati in Lotharingia, prædia alia in Anglia & in Barrenſi ditione, [5] quam tu Lotharingicam fuiſſe vis, Novam villam, Ruminiacum & Laymontem tenuit. Si Godefridus Virduni Comes, gente Lotharingus, A. D. 979, Indict. 7, Lotharii Regis externi 26. 12 Kal. Febr. in Blandinienſium, extra patriam conſtitutorum, gratiam Chartam [6] ſcripſit; & Gerardus Adalberti Metenſium Comitis filius S. Benigni cœnobio, Divione in aliô regno poſito, A.D. 1033, 2 Kal. Iulii, feria 7, bona ſua nonnulla contulit, & donum Charta edita confirmavit; quanto magis S. Michaelis Eccleſiæ à ſe in proprio fundo, ſed in alio regno fundatæ beneficus Fridericus fuerit?

Alterum tuum ex Brunonum verbis depromptum argumentum hoc eſt, Gerardus Epiſcopus de adempto à Friderico *prædio conqueſtus, illatam urbi ſuæ injuriam Othoni Magno intimavit*, à quo Dux *ſatisfacere juſſus & compulſus* eſt. Ergo ademptum à Friderico *prædium* in Othonis ditione ſitum fuit. At conſequentiæ nulla nec veritas, nec firmitas eſt, aut eſſe poteſt; exempla ex ejuſdem ætatis hiſtoria deprompta, quibus ejus & futilitas & falſitas evincatur attende. A. D. 928. *Boſo* Burgundus [7] qui *ad legem venire nolebat de quibuſdam Abbatiis* in Lotharingia poſitis, *& pertinaciter Heinrici* Regis *præcepta ſpernens, detinebat; pacto ſecuritatis ab Heinrico, venit ad eum, eique fidelitatem & regno pacem juramento promiſit; terram*que, *quam vi ceperat, reddidit, data ſibi alia recompenſationis gratia.* A. D. 946 *Gerberga Regina ad Othonem Regem fratrem* ſuum, pro marito ſub Hugonis Ducis cuſtodia poſitô, *legationem direxit; qui maximum colligens ex omnibus regnis ſuis exercitum*

venit

[1] Notit. Eccl. Belg. p. 95.

[2] p. 99.

[3] Notit Eccl. Belg. p. 116.

[4] Antiquit. S. Dionyſ. p. 704. 707. 718.

[5] Hiſt S. Michael.

[6] Notit. Eccl. Belg. p. 125. 51.

[7] Flodoard.

venit in Franciam. A. D. 948. *Ludovicus* Rex in Synodo apud Engulenheim congregato, è latere *& conſeſſu Domni Regis Othonis exſurgens, proclamationis ſuæ querimoniam* (adverſus Hugonem Ducem abſentem & longe in alio regno poſitum) *propalavit, referens*, quod *de his omnibus malis, quæ poſt Regni ſuſceptionem paſſus fuerat, ſi quis objiceret, quod ſui facinoris causâ eidem fuiſſent illata, inde ſe juxta Synodale judicium, & Regis Othonis præceptionem, purgaret, vel certamine ſingulari defenderet.* Si Abbatum Lotharingorum, adverſus exterum Boſonem, rogatus Henricus patrocinium ſuſcepit; ſi Othonis germani opem Gerberga cum imploraſſet, adverſus Hugonem exercitum conſcripſit, & extra regnum duxit; ſi denique Ludovicus de Hugone extra ditionem conqueſtus, cauſam ſuam Othoni ſororio, qui nullum, ſive in eum, ſive in Hugonem, ſive in regnum imperium habebat, arbitrio permiſit; quanto juſtius Othonis Regis ſui, adverſus Friderici ſubditi injurias, opem implorare Gerardus; Friderico jubere, eumque ad officium (ut ut quæ invaſerat extra regnum eſſent) compellere potuerit, injuriam, tam inferentis, quam patientis ex æquo Rex Otho?

Primâm Friderico munitionem anno 951 *in regno* inchoatam dixerat Flodoardus, hæc ad annum illum ſcribens; *Fridericus Adalberonis Epiſcopi frater, qui filiam Hugonis Principis ſibi deſponderat,* in hoc regnum veniens, *munitionem in loco qui dicitur Banis* (vel potius Fanis) *inconſulto Rege, vel Regina, conſtruere cœpit, & loca circumpoſita crebris deprædationibus diripit; pro quâ re valde moleſtus Rex Ludovicus legationem ſuam dirigit ad Othonem* &c. *Legati Regis Ludovici ab Othone regreſſi, nunciant, nolle, imo prohibere Othonem Regem, ne Fridericus, vel aliquis ſuorum, ullam munitionem* in hoc regno *habeat, niſi conſenſum Regis Ludovici ſuper hoc ſibi obtinere queat.* Ex quibus hæc habemus, *munitionem* à Friderico in Ludovici *regno* inchoatam fuiſſe. 2. eam *inconſulto Rege*, & adverſus regnum à præſidiariis *direptum, conſtrui* cœptam. 3. Friderico tamen *cum Hugone*, cujus *filiam deſponderat*, bene conveniſſe. 4. Othonem factum ejus improbaſſe. 5. Eo ipſo quod *Fanis* octavo circiter à Moſa milliari, ad Ornæ lævam ſitum, & Barro proxime Septentrionem verſus adjacens, *in regno* Francico *conſtrui cœpiſſe* notavit Flodoardus; *Barrum* Francicæ, non *Lotharingicæ* (quæ tibi abuſive *Imperialis* eſt) ditionis cenſendum ex neceſſitate confici. Ex S. Michaelis hiſtoria, & Brunonibus, qui *Barri* (*quaſi Barræ*) adverſus Campanos, *in Lotharingiæ & Campaniæ confinio*, ne Campani *aditum ad Lotharingos haberent* (adeoque extra Lotharingiam) condi *cœpti*, accedente Regis, qui initio Fanenſi munitioni renitebatur, conſenſu, conſummatum opus fuiſſe narrant, facile colligere poteras; tu tamen (quantum in te eſt) diverſus abis; & Flodoardum de *Barro* locutum, adverſus communem noſtrorum ſententiam, negas; quia in Manuſcripto, non *Barri*, aut *Barris*, ſed *Fanis* legitur, cujus *munitionem ædificare* Fridericus *adhuc Comes* anno 951 *cœperit*; Barrum *jam Dux poſt annum* 959 ædificaverit; *nomina* vero Fanis, *ſeu* Banis, & Barri, *non conveniant* &c. ſed ipſis regerere promptum (ſiquidem voluerint) erit, facile fuiſſe actuario vocem *Barri* in vicinam *Fanis* aut *Banis* commutare; quandoquidem litera F eſt B dimidiatum, n vero duplex r figuram referunt; Flodoardum qui de *munitione* à Comite ante impetratum Regis conſenſum *cœpta*, loquitur, cum reliquis qui de eadem munitione à Duce poſt impetratum Regis conſenſum conſummata

Fains ubi Renatus Dux A. D. 1508 deceſſit.

 verba

verba fecerint, nequaquam committendum, Conſenſum vero Lotharii Regis Friderico conſobrinæ marito, gratiâ apud Othonem & Brunonem avunculos florenti, cujuſque hinc ſocer Hugo Magnus, inde ſororii Hugo Capetus, Otto Burgundiæ Dux, Odo, & Henricus, nihil non apud Reges poterant, denegatum fuiſſe nullo modo veriſimile fieri: quod ut clarius eluceſcat, Beatricis ei nuptæ Stemma intuere.

Henricus Auceps Matthildis maritus.

Otho Magnus qui Fanis ſine Ludovici Regis conſenſu, A. D. 951 muniri vetuit.	Bruno Archiepiſcopus qui A. D. 959, Friderico Lotharingiam commiſit.	Gerberga Ludovici Regis qui an. 951 ſe *inconſulto* Fanis muniri queſtus eſt uxor.	Hadwidis Hugonis Magni, A. D. 916 uxor 3.

Gerberga: Lotharius qui Barrum muniri poſt A. D. 954 permiſit.

Hadwidis: Hugo Capetus. | Otto. | Odo. | Henricus. | Beatrix Friderici, A D. 951 ſponſa, A.D. 955 uxor. | Emma Richardi I Norm. Ducis uxor prior.

Barrum initio *Banis* dictum; *in eo loco numos aureos* Childeberti Regis juſſu *cum adverſa Epigraphe* CHILDEBERTVS REX, *averſa vero* BANIS FIT, *cuſos* fuiſſe conjecerat; eoſque Childeberto Sigeberti filio Auſtraſiorum Regi tribuendos cenſuerat Cheſneus; tu qui numos ejuſmodi extare negare non potes, doctiſſimi & de patriâ hiſtoriâ optime meriti viri conjecturam abſolute reſpuis, tibi enim *Banis locus* [1] *juxta Lutetiam vulgo* Baigneux *dictus*, *cujus Fridericus ratione Beatricis conjugis Dominus*, cum aliaque *prædia urbi Pariſienſi propinqua ab Hugone*, *Magno Beatrici filiæ in dotem collata*, cum S. Michaelis ad Moſam prædiis permutaverit; numi vero, quibus impreſſum *Banis* nomen, Childeberto vel 1, vel 3 *Pariſiorum Regi* tribui debuerint. ſed univerſa tua placita mera ludibria ſunt, ſi enim *Banis* in Pariſiorum vicinia fuiſſe largiamur, tam Childeberti 11 Sigeberto nati, qui Chariberti & Guntramni patruorum hæreditatem crevit, & Pariſienſe regnum tenuit; quam primi Clodoveo Magno, aut tertii Clodoveo tertio prognati eſſe potuerint numi *Banis* cuſi; neque juſtam à Cheſnei, Childeberto 11 eos tribuentis, ſententiâ diſcedendi cauſam habueris; ſi vero in Franciæ Occidentalis limite *Banis* cum Cheſneo quæramus, vel Childeberti 11, vel 111 qui ſecundô latius dominatus eſt; non autem primi, qui in Galliarum meditullio regnavit, ex neceſſitate fuerint. Sepoſitâ rurſus omni, de numis, eoque unde prodierunt locô, quæſtione; munitionis, quam anno 951 *conſtruere cœpit Fridericus*, ſedem in Pariſiaco pago dotalique Beatricis fundo collocare abſurdiſſimum eſt: cui enim perſuaſeris Ludovico Regi diſturbandi operis in regni viſceribus, adverſus regni ſecuritatem inchoati, vires defuiſſe; nec aliud læſo, adverſus improviſum fauces invadentis molimen, præter legationem ad Othonem Sororium, vis hoſtilis deprecatricem remedium relictum fuiſſe? ſed cum difficilius eſſet è proximo limite ingruentis machinamenta ſubvertere; antequam ad arma venire, pacemque regnorum fœderatorum turbare neceſſe eſſet; de injuria illata conqueri, juſtamque à Rege amico, propinquô, affine, ſatisfactionem poſcere placuit, & longe convenientiſſimum fuit. Quod in prædio Beatricis dotali, & à patre donato, munitionem à Friderico excitatam

[1] Comm. Loth. p. 4.

tam putas, & ridiculum eſt, & cum teſtium à te laudatorum teſtificationibus pugnans; quid enim illi? annô 951 *Fridericus, qui filiam Hugonis deſponderat* munitionem *conſtruere cœpit*: anno 955, poſt excitatam munitionem quintô, *Fridericus* idem *Hugonis filiam duxit uxorem.* promiſſam huic, anno 951 quo deſponſata eſt, dotem non dubito, datam antequam nuberet, contra morem, nego; tu qui commune jus violatum putas, quô firmamento nitaris oſtende, alterumque ex teſtibus tuis refelle, cujus hæc expreſſa verba ſunt; *Beatricem ſororem Hugonis Marchionis, qui poſtea Francorum regnum obtinuit, conjugio ſibi copulavit; cui Beatrici cum frater ejus prædictus Hugo donaſſet quædam prædia S. Dionyſio Pariſienſi contigua, cum Abbate S. Dionyſii commutationem inde fecerunt, pro prædiis S. Dionyſii Barro adjacentibus, videlicet Nova villa, Ruminiaco, Laimonte* &c. annô 956 Iulii 16 (Flodoardo altero è teſtibus auctore) *Hugo Princeps obiit*; unde ex neceſſitate conficitur, nonniſi poſt Iulii 16 ſolidumque à primâ ſive *Fanis*, ſive *Banis*, ſive *Barri* munitione quinquennium, Hugône jam denato, à Capetô ejus filio, Fridericum Ducem in prædiorum Beatricis uxoris dotalium poſſeſſionem miſſum fuiſſe: te vero qui locum in quô ante quinquennium ab eo *conſtrui munitio cœperat*, ac prædia illa ad eum pertinuiſſe, eumq; quod non poſſidebat poſſediſſe putas, ſanô ſincipite non eſſe: Addo nunc Pariſiacenſis pagi locum, uſque nunc *Baigneux* dictum, in prædiis illis, quæ dotis nomine ab Hugone Capeto ſorori donata ſunt, annumerari nullatenus poſſe; quandoquidem *prædia S. Dionyſio contigua*, eoque ipſo cis Sequanam ſita fuerunt; id vero de loco *Baigneux*, trans Sequanam poſito; qui neque *Banis* Latine dicitur, ſed *Balneolum*; nec ad S. Dionyſii poſſeſſionem tranſiit, ſed alios Dominos Eccleſiæ Pariſienſis Canonicos (quos ab antiquo habuit) uſque nunc habet, nemo ſui compos dixerit. Eſt & aliud ineluctabile incommodum, quô tua, de *munitione* à Fridericô in Pariſienſi Comitatu *conſtructâ*, opinio urgeatur. eam à Beatricis *Hugonis Principis filiæ* ſponſo, Capetinæ familiæ procul dubio addictiſſimo, & ſoceri futuri obſervantiſſimô, *conſtrui cœptam* dixerat Flodoardus; quid exinde ſecutum? *loca circumpoſita*, quæ univerſa vel Hugonis vel fidelium ejus erant, *crebris deprædationibus diripuit.* conclude nunc, Chiffleti, eum ſic ſponſam deperiſſe, ut prædonem in avita ejus bona agere non dubitaret: tunc hæc proci fuiſſe dixeris? ſi vero dixeris, quis te helleboro dignum non cenſuerit?

Hoc deliramentorum ſuggeſtu inſtructus, Sereniſſimi Ducis, quem à Francis alieniorem ex voto nactus es, mentem magis ac magis obdurare conaris, ut Hiſpanicæ libidini ſe ſuaque devovere, quam Principi naturali debitam fidelitatem agnoſcere malit; [1] Wipponemque in partes trahis, qui in tuam gratiam nihil prorſus dicit; *Eodem annô præfatus Odo de Francia*, in regno Imperatoris *quædam loca invadens, à Gozelone Duce Lotharingorum, & filio ſuo Godefrido, & Gerardo Comite, atque à militia Epiſcopi Metenſis pugnâ commiſſa cum illô, fugiendo interfectus eſt, & vexillum ejus Cæſari in Italiam allatum hoſtem interemptum teſtabatur.* tu hæc ex c. 35 petita tam in textu. quam in margine anno 1036 eveniſſe notas; ſed falleris, imo te, vel alienis, vel glaucomate laborantibus oculis, quæ legis luſtrare teſtatum facis; cum enim anno 1036 Cnutonis filiam Henrico Conradi filio nupſiſſe, eodemque anno patrem Italiam intraſſe retuliſſet, hæc addit; *celebravit natalem Veronæ anno Dominico incarnationis* 1037, *eodem*que *anno* Odonem cæſum narrat; an *in*

[1] Comm. Loth. p. 5.

Conradi *regno*? ſic vis, quia te *Odonem quædam in regnô Imp. invaſiſſe* docuit Wipo; ſed cum *fugiendo* (ubi ex regno exceſſiſſet) *interfectum* fuiſſe expreſſe dicat; utrumque verum fuerit, *in regnum* irrupiſſe, & *extra regnum* in Regum noſtrorum ditione, & prælio fuſum, & miſere confoſſum fuiſſe: fruſtra ergo in Wipone quæſieris, quod ex manticâ deprompſiſti, *Barrum* de quo ne *μῦ* quidem teſtis tuus, *intra limites Imperii conſtitutum* fuiſſe: cum nec *Imperii Romani*, quod trans Alpes erat; nec *Germanici*, quod fere totum trans Rhenum jacebat; nec *Lotharingici*, quod Moſa ad Occidentem terminabatur, fuerit, aut eſſe jure potuerit. Wiponi Glabrum Rodulphum ſuccenturias, cujus tibi ſuffragium æque inutile in iis quæ citas, adverſum vero eſt in reliquis, quæ dolo malo omiſiſti; ipſum audi, *Conſcendit* [1] *Odo in Tullenſem pagum, quem jam ſæpius depopulaverat, ibique oppugnans cepit Barrenſe caſtrum, cum magna direptionis everſione totius provinciæ*; nullibi dicit *in regno* Conradi *oppugnatum & captum Barrum*, ſed in *Tullenſi pago*, qui à Moſella ad Moſam & ultra, Barrum uſque protenditur: diſce nunc ex omiſſis à te verbis, Odonem in diœceſi Catalaunenſi, adeoque in Comitatu proprio, & profligatum & cæſum; *Cum in eodem caſtro locatis militibus ad cuſtodiam ferme quingentis, ut tamen ipſe quantocyus ad propria repedaret*, &c. *ſubito Gacilo Dux totius primæ Rhetiæ regionis cis Rhenum, cum exercitu nimiô in eum irruens, omnem Odonis exercitum in fugam vertit; licet ex utraque parte plurima multitudo moriens corruerit; tunc denique & ipſe Odo miſerrime interiit; cujus lacerum cadaver Rogerius Catalaunorum Præſul, habens ſecum virum venerabilem Abbatem Richardum* [2] *à cæde ſuſcipiens uxori reddidit.* Tertii teſtis Othonis nimirum Friſingenſis eadem, quæ priorum, ratio eſt. [3] *Odo Comes* (inquit) *ſacramento rupto, denuo in Gallia Imperatori* rebellat; *cumque* ad ignominiam ejus *Caſtrum quoddam*, Barrum *nomine, obſidione cinxiſſet*; *à Gothelone Belgarum Duce, aliiſque Regni fidelibus occiditur.* tu tria in ejus verbis urges, *ſacramento rupto, in Gallia Imperatori rebellat*, & *ad ignominiam ejus*; quæ enim tua eſt hebetudo, nullum *Sacramentum*, *rebellionem* nullam, niſi ſubditorum agnoſcis; neque capere vales, quî *Barrum* (niſi *in Conradi Imperio* ſeu ditione *conſtitutum* fuerit) *obſideri* ab Odone *ad ejus ignominiam* potuerit; res tamen per ſe clara eſt, cum enim [4] *rebellaſſet contra Henricum Francorum Regem, Roberti filium* (Dominum ſuum naturalem Odo) *e contra cœptis ejus obſiſtebat Conradus Imperator*, à quo præceptum ſibi Burgundiæ Iuranæ regnum impatientiſſime ferebat; captata igitur occaſione, ex abſentia ejus trans Alpes conſtituti, Tullenſem pagum magna ſui parte Lotharingicum de proximo invaſit. Sigebertus ad A.D. 1036. *Odo contra Imperatorem rebellans*, ideſt arma poſita reſumens, *Lotharingiam incurſat, caſtella oppugnat; urbem Leucorum, quæ Tullus dicitur, obſidet, & in nullo temperat furori ſuo.* hæc ſunt, quæ Wipo *in regno* Conradi, Glaber *in Tullenſi pago invaſa* voluere; annô vero 1037, *Odo Barrum caſtrum obſidet, & capit*; quod *ad* Conradi *Imperatoris*, Henrico Regi arctiſſimô propinquitatis affinitatis & cauſæ nexu colligati, *ignominiam* eo evidentius vergebat, quo Lotharingiam contiguumque Barrenſem tractum ab Odone, in ejus deſpectum (quod à partibus ejus, Henricique ſtarent) infeſtis armis quodammodo fulminatum conſtabat: quis enim, cui generoſo pectus honeſto incoctum ſit, amicos & fideles immeritos ab æmulis, ſuâ cauſâ, opprimi patienter ferat? Odonis igitur, poſt pacta denuo ferocientis, tam ſibi quam

[1] lib. 3. cap. 9. ad fin.

[2] Belli loci Virdun diœceſ. A. D. 1046 Iun. 14 denatum.

[3] lib. 6. c. 31.

[4] Hugonis Flavin. Chron. MS.

quam Henrico Regi injurios auſus, tantâ ſeveritate ultus eſt; ut laceſſentem ultra Regni commendati fines perſequi non dubitaverit, ab Henrico noſtro ob ſublatum moleſtiſſimum hoſtem Doncherii donatione muneratus Gozelo; prout alio loco oſtendimus; hoc unum monendum reſtat, à Sigebertô *apud Barrum*, quia non longe à Barro, *ad propria repedans* cæſus eſt, peremptum; *exercitum* vero ejus, ante cladem receptui canentem, *gravi cæde attritum* & *fugere à Lotharingia compulſum* dici, quia ſub ingruentis procellæ; qua tandem extra Lotharingiæ fines attritus eſt, ictu fugæ ſe dedit.

Alberici[1] *pulchram* (quam vocas) quia tibi ambiguitate ſua favere videtur *narrationem ſubjungis.* [2] *Imperator Henricus Belgas ingreſſus, Rainaldum Comitem hoſtem judicans, bello petiit; quem in Caſtro* Barro, *in* termino Regni *ſito, obſidione clauſum, ad ultimum cum expugnato caſtrô in deditionem accepit.* regni Germanici *terminum hic* intelligendum aſſeris, quia ex eodem Auctore *intervenientibus pro Comite Barri Rainaldo, de toto Regno nobiliſſimis conſanguineis, Imperator eum cuſtodia ſolvit; & cum omnibus ſuis, ut ſibi cognatum, ad propria dimiſit, tantummodo hominium ſibi ab eo ſuſcepit*; conſanguineos autem *Imperiales*, ſive ſub Imperatoris ditione conſtitutos, Theobaldum II Montisbeligardi Comitem, & Stephanum Metenſem Epiſcopum, Rainaldi germanos, Guillelmum Burg. Comitem &c. enumeras; neque hæc ego ſano ſenſu accepta negaverim; eſt enim *regni* cujuſque *terminus* duplex, vel pars ejus extrema, quæ ipſum à vicinâ ditione diſparat; vel ditionis vicinæ pars contigua, quæ ipſum ſecundum ſe totam ambit; hoc ſenſu Barrenſis Comitatus, quia magnâ ſui parte trans Moſam communem regnorum Francici & Lotharingici limitem jacet, extrema Francici, id à Lotharingia diſparans, & Lotharingico proxima pars, non ſolum *in termino*, ſed etiam *terminus* fuit, & dici ab Alberico, vel potius Othone potuit; neque capere difficile eſt quô jure Rainaldum Barri, Montionis, & Virduni Comitem, *hoſtem judicaverit, in Caſtro* ſuo *Barro* ceperit, *hominium* denique ab eo (deditione factâ) *ſuſceperit* Imperator: erant Virdunum & Moncio regni Lotharingici, ab annô 926 Germanico juncti, membra, quorum reſpectu Henrico V & obſequium & hominium debebat; alia vero Barri in Francia noſtra circa A.D. 951 conditi, nec niſi poſt A.D. 1027 eundem cum Moncione Dominum ſortiti, conditio fuit; id obſidere, niſi limitem ſuum tranſgreſſus, & aliena invadens nequaquam Henricus potuit; multo minus *caſtri*, ſub alio Rege conſtituti *hominium* ſibi vindicare potuit; ſi fecit (quod[3] ſoli Vaſſeburgius & Roſetius nudiustertius nati Francici Regni hoſtes, nullius apud bonos auctoritatis aut fidei ſcribunt) præter jus, faſque fecit; nec extortum per vim à Rainaldo Sacramentum, eum Regibus noſtris ſubtrahere, ditionemque Barrenſem à Francico regno divellere potuit. ne quis de Alberici, qui Othonis Friſingenſis, Henrici ex ſorore nepotis, verba exſcripſit,[4] mente; quoque ſenſu *Barrum* in termino Regni *ſitum* dixerit, dubitandi ſit locus; hæc ad majorem lucem addam, ex lib. de vita Friderici I c. 11. *hoc tantum ad præſens ponere ſufficiet, quod in ſummo ſtatu poſitus* (Henricus) *omnibus* Gallicanis *trepidantibus, caſtrum Barrum contra opinionem multorum aſſultu cepiſſet*; per *Gallicanos* hoc loco Lotharingi intelligi nullo modo poſſunt; cur enim *trepidantibus* illis, quorum rogatu Rainaldo bellum indixerat, imo quorum ex voto Barrum expugnaverat, id *cepiſſe* diceretur? quis ea, quorum appetentiſſimus eſt, *trepidet?*

[1] Com. Loth. p 6.
[2] Anno 1013.
[3] Waſſeb. p. 272. b. Roſet. Tom. 6. c. 97.
[4] Otho Chron. lib. 8. c. 15.

pidet? Gallicani igitur ob expugnatum Barrum *trepidantes* Campani noſtri aliique Franciæ Occidentalis incolæ, ex Othonis & Alberici mente, fuerint, quibus juſtum, regni patrii invaſio, propriumque, *dum proximus ardet Vcalegon*, periculum terrorem incuſſit; Cumque Gallicani in Barri, Barrenſiſque Comitis caſu trepidaverint, utrumque *Gallicanum* fuiſſe, vel ingratiis tuis, fateare neceſſe eſt; te vero inconſultiſſime Roſerio fidem habuiſſe, homini famoſo, Majeſtatis, & multiplicis falſi reo, quique A. D. 1583 Aprilis 26 ore proprio crimen confeſſus, his Regem verbis compellavit,[1] *Sire je ſupplie treshumblement votre Majeſté de me pardonner la faute & offenſe que je reconois avoir faitte, qui eſt telle que ſans votre bonté & clemence je ſerois digne de grande punition, pour avoir* mal & calomnieuſement *eſcrit pluſieurs choſes dans l'hiſtoire qui a eſté par moy composée & publiée ſous mon nom*, contre l'honneur & grandeur de voſtre Majeſté; des Rois vos predeceſſeurs, & de ce Royaume, & contre la verité de l'hiſtoire; *j'en ſuis tresmarry & tresdesplaiſant, & m'en repens, & ſuis preſt d'en recevoir telle condemnation qu'il plaira a voſtre Majeſté ordonner; & vous ſupplie treshumblement, en l'honneur de Dieu, uſer de voſtre bonté & miſericorde accouſtumée envers moy.* ex ejuſmodi nebulone audiſti Rainaldum Comitem *facile pacem obtinuiſſe*; audi nunc Othonis è diametro contrariam teſtificationem, Moncionis præſidiariorum reſponſo] *inflammatus Princeps, prædictum Comitem ad patibulum trahi juſſit. Cumque à principibus, qui aderant, ne id faceret rogaretur, ipſoque in propoſito perſeverante, à quibuſdam ut ſaltem divina animadverſione à cœpto deſiſteret; turbato præ irâ oculo reſpondiſſe fertur*, Cœlum Cœli Domino terram autem dedit filiis hominum. *Tandem tamen irrationabili motu deferveſcente, cunctorum precibus Auguſtus inclinatus, à mortis ſententia animum revocavit, prædictumque Comitem ſecum captivum ducens ad familiaria domicilia rediit.* ſi qui vix laqueo ereptus eſt, *facile pacem obtinuit*, quid in rerum natura *difficile* reputandum deinceps fuerit?

[1] L. Fabri conſid hiſt. ex Laurentii Bochelli Decretis Eccl. Gallic.

Rurſum nos Albericum ad annum 1123 audire jubes. fiat ergo: quid ille? *Querimoniâ Virdunenſium ad Imperatorem delatâ, contra Comitem Rainaldum Imperator Henrico de Grandi prato Comitatum civitatis dedit; qui improviſus civitatem intravit, & Epiſcopus ad Rainaldum Comitem fugit. Pugnatum eſt acriter ab utraque parte, ita quod pars illius de Grandi prato facta eſt ſuperior.* Hæc Albericus in annum 1123 confert, quæ Laurentius S. Laurentii Leodienſis monachus, toto ferè Centenario Alberico antiquior, anno 1122 eveniſſe monuerat: ſed ad rem, quæris *quorſum querela apud Cæſarem de Rainaldo Comite Barri, niſi quod ipſe eſſet in Imperii clientela principalis?* Ipſum pro Francis Virdunenſium factum reſpondebit. Erat Virdunum Civitas Lotharingica, quæ cum reliqua Lotharingia Henrico Imperatori ſuberat; erat Rainaldus Virduni Comès, hoc ipſo Henrico obnoxius; quid æquius fuit, & querentium ad Regem ſuum recurſu; & Henrici ſibi, de Rainaldi vice ſua Virdunenſes regentis actis, cognitionem vindicantis pro ſubditis cura? Erat ergo, inquies, *in Imperii clientela principali* Rainaldus. Erat ſane, ſi per *imperium* non proprie dictum Romanum; ſed improprie dictum, Lotharingicam nimirum ditionem, Henrico, non qua *Imperator*, ſed qua Lotharienſium Rex erat, ſubditam intelligas; Rainaldumque, qui ratione Barrenſis Comitatus, Campaniæ Comitis & per eum Ludovici *Craſſi* homo erat, &

Franciæ Occidentalis membrum, quà Virduni Comes fuit, Lotharingico Regno & Regi fidelitatem debuiſſe. Quid clarius velis?

[1] *Alio* (inquis) *loco Albericus, ubi agit de diſcordiâ exortâ inter Rainaldum de Domno Martino Comitem Boloniæ, & Philippum Epiſcopum Beluacenſem narrat Regem Franciæ* Ludovicum *occupaſſe terras omnes Comitis Boloniæ* Rainuldi, qui *à toto regno recedens, acceſſit ad Comitem Barri cognatum ſuum & manſit apud eum.* tu unum hîc Albericum teſtimonium ferre jubes, At ego tibi Rigordum, cujus Albericus verba mutuatus eſt, & Cheſneum (quem verba hæc *à toto regno recedens*, fideliter vertiſſe notas, *ſortant du royaume*) Albericiani dicti aſſertores adjungo lubens, hoc tantum moneo; nullum A. D. 1212. *Ludovicum* nobis fuiſſe ſed *Philippum Auguſtum*, qui annô 1179 Novemb. 1 coronatus, ad 1223 Iulii 14 regnum feliciter tenuit; tu ex Alberici verbis *Barrenſem ditionem Regni Francici finibus non contentam* colligis, quia *Rainaldum Comitem à toto Regno* egreſſum *in Barrenſem Comitatum ſe recepiſſe* putas, ſed nec, Rigordus nec Albericus, nec Cheſneus, Rainaldum *in Barrenſem* Comitatum *ſe recepiſſe* ſcripſerunt, ſed *ad Comitem Barrenſem* (quem nemo plura extra regnum poſſediſſe neſcit) *acceſſiſſe, & apud eum manſiſſe*; an Barri, vel in vicinia Barri Tranſmoſana? nemo dicit, tu vero ſolus ſomniare potuiſti, perinde nobiſcum agens ac ſi Barri Comites teſtudinis inſtar *Barro*, ceu teſtæ, affixi fuerint, nec eis Barro pedem efferre, aut alibi domicilium ad tempus ſtatuere licuerit; quô quid abſurdius? potuit ergo Virduni, aut Moncione, aut Duni, aut Satanaci *extorrem* cognatum excipere, & quamdiu placuit fovere; nec minus Barrenſem Comitatum *in* Francorum noſtrorum Occidentalium *regno* poſſidere.

[1] Comm. Loth. p.7. ad An. 1212.

Extare [2] *Tomô primô Conſtitutionum Imperialium Othonis* IV *decretum, cui cum aliis multis Henricus Comes Barrenſis ſubſcripſerit*, idque hac temporis *deſignatione* claudi, notas; *Actum in oppidô Valencianas, in Comitatu Hannoniæ, anno ab Incarn. Domini* 1215: quidni, cum Treviris [3] A. D. 1131, Indict. 9, 8 Kal. *Maji* Lotharii Chartæ Rainaldus 1, Henrici proavus ſubſcripſerit? tunc Hieroſolymitanum regnum Francico obnoxium dixeris, [4] quia Ioannes Rex Actis apud Turones A. D. 1224 Iun. 24 ſcriptis teſtis adſcriptus eſt; aut Lotharingiam, Hannoniam, Hollandiam, Luxemburgum, Montembelgardum, Cyprum, Regno noſtro ſubjeceris, quia anno Domini 1302, Aprilis 10, feria 3, Fridericus Lotharingiæ Dux, Ioannes Hannoniæ & Hollandiæ Comes, Henricus Lucemburgi Comes, ſextoque poſt anno Germaniæ Rex, Rainaldus Montisbelgardi Comes, Pariſiis epiſtolæ à Francica nobilitate ad Cardinalium Collegium ſcriptæ ſubſcripſere, Anno vero 1303, Iunii 13, Nicoſienſis Archiepiſcopus libello proteſtationis à Prælatis noſtris oblato nomen ſuum inſeri voluit? aut Sarapontanum Comitatum Francicum factum cenſueris, quia Ioannes Comes Regum noſtrorum *Buticularius* fuit; aut Buchanienſem Francis adjudicaveris, quia Ioannes Comes, *ſtabulo Francico* præfectus legitur; aut Lotharingiam Franciæ ſubdideris, quia Carolus 1 Dux ſe *ſtabuli Francici Comitem* creari paſſus eſt? Vides ex Chartarum ſubſcriptionibus, & Aulicis functionibus argumenta nonniſi infirma peti poſſe: nolim tamen Henricum Comitem regno Lotharingico obnoxium (cum multa in regno illo poſſederit) abſolute negare; tu vero Comitatum Barrenſem regni illius membrum fuiſſe (quod probandum ſuſceperas) neque ex Henrici

[2] p. 289.

[3] Hiſt. Luxemb. prob. p. 34.

[4] Hiſt. Montiſmor. prob. p. 86.

Acta inter Philippum IV & Bonifacium VIII Pariſiis A. D. 1614 edita fol. 25. 26. & 43.

Henrici ſubſcriptione evinces; nec aliunde manifeſtum facies. Ad Henrici Othoniano decreto ſubſcripti commendationem, addis ex Rigordo in Philippi Auguſti Geſtis, fuiſſe *juvenem ætate, animo ſenem, virtute & formâ venuſtum, qui patri, Regis conſobrino, ſucceſſerat in honore & onere Comitatus:* ſed quod turdis, qui ſibi malum cacant, evenire ſolet, hic experiris, ea quæ cauſam (cujus patronum agis) funditus evertant, inconſulte proferre auſus: quâ enim occaſione Henrici elogium ſcripſit Rigordus? *in primâ fronte erat Philippus Rex, lateratim adhærebant Willelmus Barrenſis flos militum* &c. *Henricus Comes Barri juvenis* &c. *& alii quamplures, quorum nomina longum enumerare eſſet, vel virtute ſpectabiles, & in armis ſemper exercitati, & ideo ad ipſius Regis cuſtodiam in ipſo prælio ſpecialiter deputati.* [1] *Ab oppoſita parte ſtabat Otho, in medio agminis confertiſſimi* &c. Si Henricus, *Barrenſis Comitatus* nomine, Othoni *hominium* debebat; quî factum ut adverſus illum ipſum Principem, cujus decreto anno proxime ſequenti ſubſcripſit, pro Rege Francorum, cui nihil, ex tuâ ſententiâ, debebat, in acie ſtaret; nec ſtaret modo, ſed inter ejus *cuſtodiæ ſpecialiter deputatos* emineret? quanto convenientius eſt, cum Principis naturalis ſigna ſecutum nobiſcum fateri, quam adverſus eum conjurantem Majeſtatis (quod imprudens facis) poſtulare?

[1] in prælio Bovinenſi A. D. 1214. Iulii 27 fer. 1.

Barrum [2] *Ducis*, ad Barrorum aliorum ad *Albam* & *Sequanam* diſtinctionem, *à Lotharingiæ Duce conditore* vocatum; idque initio ab eo *conſtrui cœptum* ut adverſus Campanorum excurſiones *repagulum* eſſet, facile conceſſerimus; in *regno Lotharingico* ſitum, & *francum allodium* fuiſſe, nec te prior Waſſeburgius probavit; nec tu ex eo quod *Sophiæ* Barri Comiti *fuiſſe adjudicatum tenere allodia patris, non feuda*, ſcripſit ad annum 1033 alieno loco Albericus; aliud legitime *collegeris*, quam *allodium* fuiſſe; *alienatos per Imperatorem Friderici* II Ducis *hæredes*, tam falſo Albericus putavit, quam incaute antea *Sophiam Sefrido Friderici* II *fratre* natam ſcripſerat; tu vero, qui hoc in eô reprehendis, illud quod æque erroneum eſt, amplecti nequaquam debueras; Lotharingiæ Ducatum qualem Fridericus II habuit, cum præfectura tantum fuerit, *feudum* nec Albericus proprie vocavit, nec tu (ejus exemplo) jure vocaveris; multo minus *Imperii feudum* dixeris, quem *Imperator*, non qua *Imperator*, ſed qua *Lotharienſium Rex*, fidelibus ſuis commendavit: aut *Sophiam*, cujus tempore *feuda* nulla erant, *paternis feudis privatam* ſcripſeris; Imo nec *Ducatu*, cujus naturâ mulier & ſecundogenita capax non erat, *privari* potuiſſe credideris; memineris etiam *Ducatus* illius, qui poſt Friderici II Sophiæ parentis dormitionem, in Gothelonem inferioris Lotharingiæ Ducem tranſlatus eſt; nudum nomen, re jamdudum everſâ, ad hodiernum Ducem, ejuſque à ſæculis aliquot Majores perveniſſe; Cumque, *à quo Sophiæ allodia patris, tenere adjudicatum ſit*, quærere libeat; *à Rege* noſtro *Roberto*, quæ in ditione ejus erant, *Barrum*, *Barrenſem*que *ditionem*; à Conrado Imperatore, non *Imperatorio*, ſed *regio* in Lotharingia jure, quæ *Lotharingica* erant *adjudicata fuiſſe* audies.

[2] Comm. Loth. p. 5.

Barrum *in regno* Francorum Occidentalium, vel A. D. 951, vel paulo poſt *conſtrui cœptum*, non Lotharingicum, ſed *Lotharingiæ confine*, eoque conſilio ac fine primum, ut *Campanos à Lotharingiæ aditu*, quaſi *Barra* ſeu *repagulum* quoddam, *arceret*, munitum; Tullenſis Eccleſiæ prædio *Barri villa*, *tertia*que *prædiorum* S. Michaelis Eccleſiæ propriorum parte caſatum, permutatione

prædiorum

prædiorum S. Dionyſii auctum, eique poſt A. D. 1027 adjunctum Moncionis Comitatum vidimus; ei A. D. 1124 *Dunum caſtrum, Rouretum, Malaudi, Mons S. Luciæ*, & *Curticellæ*, cum *ruſticis de Armincort*, *& Domno-Remigio*, Henrico Virdunenſium Epiſcopo donante, accrevere; anno vero 1131. *Clarusmons, Hans & Vienna*, cedente Alberto Epiſcopo, acceſſere. anno vero circiter 1150, Agneti filiæ, Rainaldo II nuptæ, Lineium Caſtrum, cum territorio adjacenti, dotis nomine donavit Theobaldus Magnus Campaniæ Comes Palatinus.

[1] Laurentius S. Laurentii Leodienſis Monachus hiſt. Epiſc. Vird. Albericus Chron.
[2] Hiſt. Barr.

Antequam ad imaginarias Francorum uſurpationes veniamus; en vetuſta, quæ Chimæras tuas procul arceant, monumenta; [3] *Stabilimentum factum per Theobaldum Comitem Campaniæ, quomodo liberi maſculi Caſtellanorum & Baronum inter ſe debent partiri inſimul; aſſenſu & conſilio Baronum ſuorum, & Caſtellanorum, ſcilicet Reverendi Patris Milonis Epiſcopi Beluacenſis*, & chariſſimi conſanguinei, ſui & fidelis, *Henrici Comitis Barri Ducis; & dilectorum ſuorum G. Comitis S. Pauli, Ioannis Comitis Carnotenſis; Comitis Rociaci, Comitis Waudimontis, Simonis de Ionvilla, Erardi de Brenâ, Simonis de Caſtrovillain, Hugonis de S. Paulo, & aliorum; Anno* 1224. Matth. Pariſ. ad A. D. 1249. *Cum Rex Francorum, qui in Cypro hyemando commorabatur magnam cibariorum pateretur inopiam miſit Comitem Barri virum diſcretum & Dominum de Bengiu militem ſtrenuiſſimum ad Venetos* &c. quô jure, ſi Franci non erant, nec habebantur? Ex Archivo Regio; [4] *Sire, li Cuens de Bar propoſe devant vos, contre Mon Signior Rainaud ſon frere, & dit li Cuens, que il & ſui frere partirent à Feire en Tardenois* &c. *De cele terre que li fu aſſenée & aſſiſſe por ſa partie, reçut Meſire Renalt les homages; & devint hom* liges le Roy de Navarre, *de la terre de Champagne, dont moult peſa au Conte, quant il n'out la liegei*, &c. *li Cuens requiert que li domage li ſoient rendu & reſtorei*, poſt A. D. 1249. Ex eodem Archivo, [5] *Li Cuens de Bar reſpont a la demande le Roi de Navarre, qu'il ne ſait, ni ne croit qu'il ſoit enliegei de homage ver le Roi de Navarre, ſe li diz Rois autrement, ne l'en adviſoit; & li diz Rois deffia le Conte de Bar, & li mut guerre a tort, ſor ce que li Cuens ne li veoit ne plait, ne droit, ne acort d'amis, ſi cum il vos a dit, & monſtrei en ſa demande; Et puis que li Rois de Navarre deffia le Conte ſon* homme, *& li mut guerre a tort; & li ardirent ſes gens, & prearent, & rouberent, & domagerent ſa terre, & li tuarent & naurarent, & mahengnerent pluſors de ſes homes en pluſors leuz, & pluſors ſoires, autre deffience, ne requeſte, ne* rendue d'homage n'i affieroit; *car en luy guerroyant a tort, li Rois li defalloit, & li veoit aſſeiz droit*, &c. *Ne ne convenoit, que puis que li Cuens eſtoit deffieiz de par le Roi, & guerroïez, & ars, qu'il feiſt autre deffience* ne rendue d'homage, *ſi cum il eſt dit deſſus. la demande le Roi ne doit eſtre oïe, ne de domages, ne de fiez meſſais; ains doivent eſtre rendus li domage au Conte de Bar, & li doivent demorer li fié franc & quite, qu'il ne ſoit de riens tenuz au Roi de Navarre.*

[3] ex Regeſto veteri Chartarum Comitatus Campan. Hiſtor. Barr. prob. p. 23.
[4] p. 30.
[5] p. 31.

Ancor reſpont li Cuens a ce qui eſt contenu en la demande le Roi de Navarre, que il unquès ne vint avec les anemis ledit Roi encontre lui, ne a force de gens, ne a armes, ne ſes malfaitors ne receta, ni ne li fit forfait qu'il ſache, s'il n'apele forfait ce que li Cuens a defendue ſa terre, &c.

Par [6] autre raiſon dit li Cuens de Bar, que li Rois de Navarre ne peut demander reſaiſine de Liney, car de la volentei des parties vos aveiz Linei comme

[6] p. 33.

ſequeſtre, &c. *Il eſt atiré que de tous les contenz & les deſcors qui ſont entre le Rois de Navarre & le Conte de Bar, ſoit de heritage, ſoit de meuble, ou de domage, qu'il en ſera ſus Monſeigneur Euſtace de Conſlans, Conneſtable de Champagne, & ſus Monſeigneur Gobert d'Aſpremont, haut & bas a leur volenté*, &c. *Et eſt attiré que quant li dui arbitre, ou Meſſire Pierre li Chambellans; avoit l'un d'aux: ſe il ne ſe povoient accorder, feroient a ſcavoir le Conte de Bar, que la plus grand partie de ces contens ſeroit attirée, li Cuens de Bar ſeroit* tenuz a penre en fié & en homage dou Rois de Navarre *ſon Chaſtiaux de la Mote de Saint Alermont, & mil livres de terre environ au plus pres dou Chaſtel*, &c. *Apres il eſt porpallé & atiré dou Chaſtel de Lini, que li Cuens de Bar priſt, que li Cuens* le rendra, & mettra en la main & en la ſaiſine le Rois de Navarre, *& toutes les appartenances*, &c. *Empres de tous les contenz & de tous les deſcors, qui ſont entre le Conte de Bar & Monſeigneur Renaut de Bar ſon frere, il eſt atiré qu'il en ſera* ſur le Roy de Navarre haut & bas a ſa volenté, *& ſeront tenuz a faire & a garder ce que il en voudra faire & ordoner*. A. D. 1266 menſe Novemb. Hiſt. S. Ludovici a Ioanne Ionevillæ Dynaſta ſcripta, *print le Conte de Bar*

[1] A. D. 1266 3 Nonas Iulii. *le Comtes de Luxembourg, & apres gagna le Chaſteau de Ligney*, [1] *qui eſt au Comte de Luxembourg a cauſe de ſa femme; pour laquelle guerre appaiſer le Roy y envoya Monſeigneur Perron le Chambellan, qui eſtoit l'homme du monde en qui le Roy ſe fioit plus, & aux deſpens du Roy; & tant ſe y travailla le Roy, que leur paix fut faitte.* Ex Regeſto veteri monumentorum Campan. *Literæ quibus Ludovicus Rex Franciæ componit inter Comitem Barri, & fratrem ipſius Dominum Reginaldum militem anno* 1268 *menſe Novemb. Pariſ.*

Ex Archivo Regio. *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, Notum facimus quod cum propter in nos compromiſſum de altô & baſſo à Cariſſimo* fideli noſtro *Theobaldo Regi Navarræ Illuſtri Campaniæ Briæque Comite Palatino, & dilecto noſtro Henrico Comite Luceburgi ex parte unâ, & Theobaldo Comite Barri* fideli noſtro *ex alterâ, de diſcordiis* &c. *Actum Pariſius anno* 1268 *menſe Septembri.*

[2] p. 34. Ex Regeſto Chartarum Comitatûs Campaniæ. [2] *Autres lettres par leſquelles Thibaut Comte de Bar s'accorde avec Ferry Duc de Lorraine, du Chaſteau de S. Alairemont, qu'il avoit fermé, & d'aucuns autres fiefs qui ſont entor ledit Chaſtel a deux lieuz ſous Boffremont; & ce par l'advis de Thibaut Roy de Navarre, Comte de Champagne, de Hugues Duc de Bourgongne, & d'Odon Comte de Nevers l'an* 1260.

Lettres par leſquels Ferry Duc de Lorraine, quitte a Renaut de Bar la priſe d'un fié de 20 *livrées de terre, & veut qu'il ſoit arriere en la main de Thibaut Roy de Navarre Comte de Champagne, & reviengne a l'hommage de ſon frere Thibaut Comte de Bar, en tel point qu'il eſtoit avant qu'il vinſt a l'hommage du Duc l'an* 1260.

[3] p. 37. *Lettres* [3] *de Thibaut Comte de Bar, par leſquelles il declare avoir* repris en fief & en hommage de ſon Haut Seigneur *Henry par la grace de Dieu noble Roy de Navarre, de Champagne & de Brie Comte Palatin, en* accroiſſement du fief qu'il tenoit de luy, *le Chaſteau de la Mothe avec mille livres de terre*, &c: *fait a Troyes l'an de grace* 1272, *ou mois de Fevrier.*

Com. Loth. p. 83. Tu qui Barrenſes Franciciæ ditioni ſubtrahendos pro arbitrio ſtatuis, præcipiti ſententiæ tuæ colorem in *primo antiquarum Barri conſuetudinum, manu-*

deſcripta-

deſcriptarum, *ordinum auctoritate anno* 1506 *firmatarum, ac* tandem *in urbe S. Michaelis anno* 1623 *editarum articulo* quæris, hoc nimirum; *Talis eſt conſuetudo, ut feuda Ducis Barrenſis beneficio poſſeſſa, in ejus* Barrenſi prætorio *ſint feuda periculi, vi parva & magna ipſi obnoxia, ſub pœna commiſſi; reguntur que & adſtringuntur juxta* leges & uſus Imperiales; *ſelon les loix & couſtumes Imperiales.* quaſi vero feudorum leges à Friderico I conditas, quæque univerſis fere Europæis placuere, nemo (niſi qui ſe *Imperii* Germanici membrum profiteretur) admittere debuerit; aut Barrenſes, qui in regnorum confinio erant, & Principibus origine Lotharingis ſuberant, hinc ex *Imperialibus*, inde ex *Francicis legibus & uſibus*, mutuari nequaquam potuerint; ſed eos *infra Campaniæ Comitatus & terminos eſſe*, ad Senonenſe prætorium *ab antiquo reſſortiri*, & *ſecundum conſuetudines*, partim *Lotharingicas*, partim *Campanicas* regi conſueviſſe conſtat, noſque infra prolatis auctoritatibus demonſtrabimus: tu interim eaſdem cum *Imperialibus*, Campanorum, in quibus Barrenſes, *de Feudis* leges eſſe; ex Caroli VI Regis, in Caroli I Lotharingiæ Ducis gratiam ſcripto anno 1413 Diplomate diſce: *les fiefs du Comté de Champagne ſont de telle condition, que le Vaſſal eſt tenu de bailler & mettre en la main du Seigneur feudal, ſes chaſteaux & villes fermées, toutesfois qu'il en eſt par luy requis; autrement elles ſont acquiſes au Seigneur, feudal, & les peut appliquer a ſon domaine*, &c: quod adjicis, *Franciſcum Thouveninum obſervatum reliquiſſe, in Barrenſi Archivo pactum inter Regem Navarræ, tunc Campaniæ Comitem, & Barri Comitem initum ſervari, quo decernitur* Campanos in Barrenſi ditione recipi debere *juxta leges & ſtatuta Imperii*, ut aperte falſum (quia monumentis Campaniæ Comitum jam laudatis contrarium) ſic per ſe abſurdum eſt; quia (ex Barrenſium ipſorummet confeſſione infra laudanda) *Barri Comitatus infra Comitatus Campaniæ metas & terminos* eſt, ejuſque feudale membrum hoc ipſo cenſeri debet: *Campanos in Barrenſi ditione*, quæ ab antiquo Campanica eſt, *juxta leges ac ſtatuta Imperii recipi debere*, perinde ridiculum reputare nos neceſſe eſt, ac ſi *Germanos in Palatinatu Rhenano* (qui ab antiquo Germanicus fuit) *juxta leges & ſtatuta regni Francici recipi debere* velles. Quis monſtra ejuſmodi animo parturire auſum, ferendum putet?

Editum in Geneal. Lothar. prob. p. 174.

Hæc ante annos 19 (priuſquam Barro manum Regiam injeciſſet glorioſæ memoriæ Ludovicus XIII) edita, ad ſpecimen lectori Chriſtiano offero; ex quibus ei plena fides fiat, nunquam non (ex quo *conſtrui cœpit*) Barrũ Francicum fuiſſe, ejuſq; Comites, Campan. Comitibus, Regni fidelibus obnoxios fuiſſe: ab Anno vero 1335, Mart. 14, quo Camp. Comitatus Coronę unitus eſt, Regibus ipſis *hominium* debuiſſe, & in præſens debere; Cum autem infinita alia curæ ſuæ commiſſa aſſervent Cameræ rationum Magiſtri, eos ſummopere rogatos velim, ne Regiæ dignitatis, Regnique, fidei ſuæ credita munimenta, ſitu & pulvere obrui, eoque ſtatu, quaſi prorſus non eſſent, manere ſinant; tantiſperdum hoſtes infenſiſſimos & pervicaciſſimos ex noſtrorum ſilentio animos ſumere, compertiſſima & Sole clarioṙa negare, imo ipſos adunco naſo ſuſpendere vident; quaſi gryphorum aurifodinis (ut ajunt) incubantium, & Draconis, pervigili oculo, cum Gorgonibus, Heſperidum theſauros olim cuſtodientis, inſtar; quæ ſibi & aliis occultant, nec à quoquam reipublicæ ſtudioſo in apertam lucem protrahi ſinunt, ſepulta æternum manere, quam Regi, cujus ſunt, cuique recondita primum fuerunt, inſervire in poſterum malint.

[1] Comm. Lothar. c. 2. Cum potiore [1] quam pater, avus, aliique Majores fuerant, conditione eſſe Henricus III Barri Comes nequaquam potuerit; nec alio, quam tranſmiſſô à Campaniæ Comitis fidelibus jure,in Barrenſi ditione nixus ſit; ei nec Francici regni hoſtibus Anglis (quibus, ob violatum gentium jus, anno 1293 exeunte, bellum indictum fuerat)matrimonii fœdere, anno 1294, circa feſtum S. Michaelis, ducta Alienorde Principe colligari; nec Campaniam Francicam (Ioannæ Reginæ, cui hominium debebat, patrimonialem ditionem) infeſtis armis A. D. 1297 incurſare, tam parentis Ioannæ de Tociaco; quam germanorum, Ioannis Tociaci Dynaſtæ, Theobaldi Leodienſis Eccleſiæ Canonici ac exinde Epiſcopi, Rainaldi Metenſis Eccleſiæ Primicerii & poſt quinquennium Epiſcopi, Erardi Petræpontis, & Petri Petræfortis Dynaſtarum (quorum nemo fratris partibus implicatus reperitur) judicio licuit; nec impune fuit, quandoquidem Gualcheri de Caſtellione, Francici ſtabuli Comitis, & Campanorum armis domitus, culpam matris interventu deprecari coactus eſt. Regi vero,qui eum ad *hominium* A. D. 1301, in Trinitatis octava, ſeu Iunii 9 compulit, præter Regium & avitum, ab anno 1284 Aug. 16 ducta Ioanna Navarræ Regina, Campaniæ Comite Palatina, Henrici I Regis, A. D. 1274,Iulii 22 denati,ex aſſe hærede,novum jus accreverat; cujus vi Campaniæ poſſeſſor factus, Regum omnium primus, Barri Comitem (cujus Majores, non Regum ſed Campaniæ Comitum Vaſſalli fuerant) hominem nullo medio habuit. Integras hominii tabulas, ex antiquo Regeſto, cum Cheſnæus edidiſſet, de earum fide dubitas; noſque quid de te,effronti te meliorum accuſatore,ſtatuere genus humanum debeat, doces; Rem tabularum, tertio, poſtquam ſcriptæ ſunt, Anno Theobaldus Leodienſium Præſul, ſcribentis germanus, probavit; tu vero homo novus, externus, odio in gentem noſtram cæcus, falſi argues? Harum igitur, ut vel viſu torqueare, apographum tibi ob oculos ſtatuemus, *Nous* [2] *Henris Cuens de Bar, faiſons cognoiſſant a touz, que treitiei de pais a eſté eus, accordés, & firmeiz, & ſomes venus a pais a noſtre* treschier Seigneur, *Philippe par la grace de Dieu Roy de France, en la forme & en la maniere qui s'enſuit. Premierement nous avons fait* (hommage lige) *audit* noſtre Seigneur le Roy; pour luy,& pour ſon hoir Roi de France; de Bar & de la Chaſtellerie de Bar, de tout ce que nous y teniens en franc allué *par deça la Mueze*: multiſque interjectis. [3] *Encores eſt accordé que les Chaſteaux,& les Chaſteleries de Conflans, de Chaſtillon, & de la Marche, & tous les accommodemens, fiéz, arrierefiéz, demaines, jouſtices, droiz, droitures, & Seigneuries, quelconque il ſoyent, demorent perpetuellement a noſtre Seigneur le Roi, a ſes hoirs, & a ſes ſucceſſeurs* &c. *avons donné pleges & principaux reſpondeurs, & enterins a noſtre Seigneur le Roy, Monſeigneur Thibaut, & Monſeigneur Iean de Bar nos freres, Monſeigneur Ieffroy Seigneur de Aſpremont, & Monſeigneur Liebaut Seigneur de Beffremont*, &c. *fait a Bruges l'an de grace* 1301 *le jour des Octaves de la Trinité.*

[2] Hiſt. Barr. prob. p. 39.

[3] p. 40. ea caſtra Rex ſibi non retinuit.

Harum tu tabularum auctoritatem vellicas, nec Confluentes, Caſtellionem, Marchiam, in Regis poteſtatem tranſiiſſe ferre potes; at utrumque(tabulis, annô 1304, Sept. 8, ſcriptis) probavit Henrici germanus Leodienſium Præſul Theobaldus; *Item* [4] *pource que nous ſoions plus tenuz, & plus obligiéz audit noſtre Seigneur le Roy, il nous a donné trois Chaſteaux, ce eſt a ſcavoir la Marche, Chaſtillon, & Conflans, ô toutes les apartenances de iceux a tenir tout le cours*

[4] p. 41.

le cours de noſtre vie. Deſquiez trois Chaſteaux nous avons fait lige hommage audit noſtre Seigneur le Roy, *contre tous ceux qui puent vivre & mourir, excepté le* [1] *Roy d'Alemagne tant ſeulement* &c. *& pource que ce ſoit ferme choſe, & eſtable, nous avons fait mettre noſtre ſeel en ces preſentes lettres; Ce fu fait le jour de la feſte de la nativité Noſtre Dame, en l'an de grace* 1304. Aliis tabulis, iiſdem anno & menſe ſcriptis, hac ſibi lege donatum à Rege Caſtrum de [2] *Gondricourt*, Campaniæ ab antiquo feudale, teſtatur; *Apres le decés de celi de nous qui tendra ledit Chaſtel, li diz noſtre Sire li Rois veut & ottroie, que Edwars fix & hoirs de Henri Comte de Bar noſtre chier frere, qui fu, ait ledit Chaſtel a toujours, pour li & pour ſes hoirs Comtes de Bar, a tenir* en hommage de la Comtée de Champangne, *ainſi comme autresfois en a eſté tenuz, ſe il le veut ainſi recovre, quant il ſera venus en aage* &c. *En teſmoins de laquelle choſe, nous Eveſques de Liege, & Iehans de Bar, freres deſus diz, avons fet mettre en ces preſentes letres nos ſeauz. Ce fu fait devant l'Iſle, l'an de grace* 1304, *ou mois de Septembre.* Idem tertiis tabulis, reſtitutum Regis juſſu in integrum Eduardum docet; *Notum facimus, quod cum nos caſtra, caſtellanias, & terras de Marchiâ, de Caſtellione, & Confluentio, & pertinentias eorumdem, quæ & quas à ſereniſſimo Principe Domino noſtro Cariſſimo Philippo Dei gratia Francorum Rege Illuſtriſſimô, ad certas conventiones, & certa ſervitia tenebamus, potenti viro Eduardo Comiti Barrenſi, cariſſimo nepoti noſtro, ex certis cauſis dimiſerimus, & tradiderimus, de ipſius Domini Regis voluntate expreſſâ; Nos totam terram de Condeto in Barcſio, de Giſaingnecourt, de Leheicourt, de Anzecourt, de Sommailles, de Sarneyo, & de Waincourt, cum omnibus pertinentiis ſuis reaccepimus ab eodem Domino Rege, ad ſervitia & conventiones, ad quæ & quas terras de Marchiâ, de Caſtellione, & de Confluentio, & ipſarum pertinentias tenebamus ab ipſo, & eidem Domino Regi fidem & homagium fecimus pro præmiſſis* &c. *Datum apud S. Audoenum prope Pariſius, die Mercurii poſt feſtum B. Dionyſii annô Domini* 1310.

[1] Albert. 1.

[2] p. 42.

Ex Regiis tabulis [3] Gundricuriam Barri Comiti poſtea donatam conſtat. *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Notum facimus* &c. *quod nos interventu cariſſimi filii noſtri, Eduardi Regis Angliæ Illuſtris, nc Ducis Aquitaniæ, & ad preces ejuſdem, dilecto noſtro Edwardo Comiti Barrenſi, nepoti ſuo, damus & concedimus caſtrum de Gondricuria, cum dominiô, territorio, diſtrictu, & pertinentiis ipſius univerſis, habendum, tenendum, & poſſidendum ab ipſo, & ejus hæredibus & ſucceſſoribus Comitibus Barrenſibus perpetuo, pacifice, & quiete, ad homagium ligium nobis & ſucceſſoribus noſtris, ab ipſo, & ejus hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis prædictis, de præmiſſis in poſterum faciendum* &c. *Quod ut firmum* &c. *Actum Pariſ. anno Domini* 1307 *menſe Aprilis.*

[3] p. 44. *Stephanus Burgundiæ* Comes epiſtola ad Ludovicum VII data *Gondrecort regni eſſe* teſtatus eſt, Hiſt. Franc. ſcript. Tomo 4. p. 709.

Ex pacti inter Eduardum Comitem, & Ioannem patruum initi, tabulis. *Nous Iehan devant dit, afermanz & diſanz que nous audit Eduart n'eſtions tenus, au rendre, ne au ballier ledit Comté, juſques a tant que ledit Eduart euſt vint & un an accomplis, par* la couſtume de France, quant aux biens dudit Conté mouvans & tenuz du Roy de France noſtre Seigneur &c. *Et pource que les choſes dites ſoient mieux tenues & gardées, nous Iehan & Eduarz devant diz, avons mis nous ſeaux en ces preſentes letres, qui furent faites en l'an de grace* 1310 *ou mois d'Auril.*

Ex Ludovici Hutini, nondum Francorum Regis, tabulis in Frederici Lotharingiæ

[1] p. 45. tharingiæ Ducis, & Eduardi Barri Comitis vaſſallorum cauſa ſcriptis, [1] *Loys ainnéz fiz le Roy de France, par la grace de Dieu Rois de Navarre, de Champaingne & de Brie Contes Palazins, A tous* &c. *Item lidiz Contes de Bar obligera & engagera audit Duc le fieu de Wademont pour vint mille livres de tournois, leſquels il doit payer de Noel qui vient prochainement en deux ans; & ſe il les paoit dedenz ledit terme, en quelque temps que ce fuſt, ou tempre ou tard, ſi toſt comme ly payemens ſera faiz, il recouvrera ſondit fieu, de ladite Comté de Wademont, tout quite & delivre de ladite gagierie; & ſe leſdites vint mille livres il ne paoit dedenz ledit terme; tantoſt paſſé ledit terme, lidiz fieu demourra & doit demourer par convenance audit Duc & a ſes hoirs a tousjours, comme ſes propres heritages* &c. *Item li diz Contes de Bar doit payer de ladite ſomme vint mille livres de tournois, a ceſt prochain Noel qui vient, & pour ce payer doit obliger & engager des maintenant audit Duc, les Chaſtiaux & les Chaſtelleries de la Mote & de Gondrecourt,* &c. *Item li Contes doit payer de ladite ſomme, les autres vint mille livres de Noel qui vient en un an, & en doit obliger & engagier audit Duc les Chaſtiaux & les Chaſtelleries de la Marche, & de Conſlans, & de Chaſtillon, leſquiez lidiz Cuens tient* en fié *de noſtre treſchier Seigneur & Pere le Roy de France,* &c. *Donné a Bar ſur Aube le* 20 *jour du mois de May l'an de grace noſtre Seigneur* 1314.

[2] p. 46. Ex Charta Philippi Longi. [2] *Philippe par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, A tous* &c. *le* 26 *jour du mois d'Aouſt, l'an* 1318 *noſtre amé* & feal *Edouars Cuens de Bar, pour ſoy, & pour Pierre de Bar Chevalier, ſon oncle* &c. *confirmé par le meſme Roy, le Mecredy apres la Tiphaine* 11 *jour de Ianvier, an ſuſdit* 1318.

[3] p. 47. Ex Charta Caroli Pulchri. [3] *Charles par la grace de Dieu Rois de France & de Navarre. Savoir faiſons a touz preſenz & avenir, que en l'an de grace* 1323 *le* 28 *jour du Mois de May, preſens par devant nous en la ville de Mante, Prince excellent Iehan par ladite grace Rois de Bahaigne, & Conte de Lucembourc, noſtre treſcher & amé frere, & noſtre amé & feal Edoart Conte de Bar, noſtre cher couſin, lesdiz Roi & Conte nous baillierent un eſcript ſeellé de leurs ſeaux contenant les choſes qui s'enſuivent.* ex Alberto Argentinenſi ad A. D. 1324 *Convenerant Francus & Lupoldus in Bare*, an extra regni fines?

[4] p. 48. Ex Charta Philippi Valeſii. [4] *Philippe par la grace de Dieu Roy de France* &c. *Scavoir faiſons a touz preſens & avenir, que nous avons ottroyé & ottroyons de noſtre grace eſpecial, certaine ſcience & auctorité Royal, par ces preſentes, lettres a noſtre* amé & feal *neveu Henry de Bar, pour li & pour ſes ſucceſſeurs Comtes de Bar, que ſa terre de Puiſaye, enſemble ſes appartenances, qui eſt de nos reſſorts, partie d'Orliens, & partie de la Villeneuve le Roy; ſoit dores en avant, & demeure a tousjours mais du reſſort de Sens, avec certaines terres* de ſa Comté de Bar, *qui ſont dudit reſſort de Sens. Si donnons en mandement* &c. *Donné en noſtre manoir de Raiz le* 24 *jour de Septembre l'an de grace* 1344.

Ex Regeſto Curiæ, *Yoland de Flandres veſve de* noſtre feal *neveu le Comte de Bar n'aguere treſpaſſé. le* 3 *Fevrier l'an* 1344.

Ex Regeſto Cancellariæ. *Lettres du Roy Philippes, par leſquelles il ottroye remiſſion a ſa niepce Yoland de Flandre Dame de Caſſel, & Comteſſe de Bar, de ce qu'aucuns de ſes officiers & familiers dela Comté de Bar avoient fait pluſieurs deſobeiſſances, deſpiz, & injures a ſon Baillif de Sens, & a ſes Sergens de ſa Baillie.*

lie, *& a ceux qui eſtoient envoyez* a Bar, de par ledit Roy *pour executer audit lieu*, *& autre part* en la terre de la Contée de Bar. *A S. Legier en Yveline le 22 d'Octobre l'an* 1349.

Accordé eſt entre Monſeigneur Philippe de Navarre[1] *& Madame de Bar d'une part*, *&* [2] *Madame de Garennes d'autre*; *a ce que Monſieur Philippe & Mădame de Bar*, *ſe doient deleſſer au profit de Madame de Garennes du Bail & de la Comté de Bar ſans y mettre empechement*, &c. *l'an* 1352 *en Iuin.*

Ioannes Dei gratiâ Francorum Rex. Notum facimus &c. *quod cum dilectus* & fidelis *conſanguineus noſter Robertus Comes Barrenſis ætatem legitimam non attingat*, *propter quod ſub baillo*, *tutela*, *vel cura*, *juxta conſuetudinem patriæ*, *uſque ad legitimam ætatem regi deberet*, *eidem Roberto* veniam ætatis plene concedimus &c. *Apud Conflancium anno* 1352 *die* 27 *Iulii.*

[1] Philippus Philippi Ebroicenſis & Ioannæ Navarræ reginæ ſecundogenitus, Yolendis maritus poſterior.
[2] Ioanna Henrici III Barrenſis & Alienordis Angliæ, filia. Roberti proamita.

Ex Curiæ Regeſtis. [3] *Ipſa* (Yolendis) *rite & juſte*, *ſecundum uſum & conſuetudinem patriæ cæperat*, *tenuerat*, *& poſſederat ballum*, *gardiam*, *ſeu regimen prædictum* (Eduardi filii) *& de hoc recepta fuerat* in fide & hommagio &c. *de ipſo ballo ſeu regimine gaviſa fuerat*, *ut præmittitur*, *quouſque*, *ipſa conſentiente*, *cariſſimus Dominus & genitor noſter*, *ipſius Eduardi* minorem ætatem *ſupplens*, *eundem reputaverat pro majori*, *ſalvo & expreſſe ipſi Comitiſſæ reſervatô jure balli*, *guardiæ*, *ſeu regiminis*, *in perſonâ ipſius Roberti*, *ſi ipſô minore remanente præfatus Eduardus recederet ab humanis*, &c. *Aſſerens præterea quod de jure & ratione ſcriptis*, *tutela vel cura*, *ballum vel gardia ſeu adminiſtratio minoris annis & bonorum*, *ſuorum mortuo patre*, *debetur matri*; *vel matre non exiſtente*, *ipſi aviæ*, *ratione videlicet proximitatis & majoris conjunctionis*, *& per conſequens intenſioris affectionis præſumptæ*, *& quod per generalem conſuetudinem*, *uſum*, *& communem obſervantiam patriæ conſuetudinariæ* regni noſtri, *ſeu majoris partis notorie obſervatæ ad matrem pertinet ballum*, *gardia*, *mainburnia*, *& adminiſtratio filii & terræ ſuæ*; *quodque ita erat conſuetudo*, *uſus & obſervantia* communis dicti Comitatus Barrenſis, *uſitata & obſervata quotiens caſus emerſerat*, *tam in capite ipſius Comitatus quam in membris*, *& ita obſervatum fuerat in perſona Eduardi prædicti. Obſervabanturque & obſervantur dicti uſus & conſuetudines in locis vicinis dicti Comitatus Barrenſis*, *videlicet in Comitatu Campaniæ*, infra cujus metas & terminos pars dicti Comitatus erat & eſt *ſituata*, *& aliis locis contiguis & vicinis*; *ac etiam in patria Senonenſi*, ad quem locum Comitatus Barrenſis reſſortitur ab antiquo; *& per conſequens*, *in caſu quô eſſet de ipſius Comitatus conſuetudine dubium*, *reſſorti conſuetudo debebat attendi* &c. [4] *Quæ præmiſſa*, *dicta Barrenſis Comitiſſa proponebat*, *ad finem*, *quod ipſam tanquam habentem ballum*, *regimen*, *ſeu legitimam adminiſtrationem dicti Roberti filii ſui*, *reciperetur* ad fidem & hommagium, *vel ſaltem in* ſufferentiâ *poneremus*, *de dicto* Comitatu Barrenſi *& pertinentiis*, *cæteriſque bonis*, *& terris quibuſcunque dicti Roberti*; *ſituatis* in Campania, & alibi in regno noſtro, &c. *Præfata vero Ioanna de Barro Comitiſſa de Garennis ex alia parte proponebat* &c. *quod regimen tunc ipſa Comitiſſa Barrenſis occupaverat*, *ſub cujus regiminis prætextu ipſa dictum Comitatum*, *& habitatores infinitis modis damnificaverat & oppreſſerat per ſe*, *& complices ſuos*; *& nedum dicto durante regimine*, *ſed & poſtquam dictus filius ſuus Eduardus per dictum genitorem noſtrum fuerat* reputatus pro majori, *certis perſonis* per manum Regiam ad regimen dicti Comitatus deputatis, &c. [5] *dicta Comitiſſa Barrenſis* &c.

[3] p. 50.
[4] p. 51.
[5] p. 52.

ſis &c. *nonnulla loca ipſius Comitatus, nedum in Imperio, ſed etiam* infra regnum noſtrum *ferrô & igne conſumpſerat*, &c. *poſito quod admitteretur, & quod aliquod jus habuiſſet* (Yolendis) *ad dictum ballum, vel regimen, ante dictum matrimonium;illud tamen penitus amiſerat per dictum matrimonium perfectum* (cum Philippo) *& hoc tam de jure ſcripto & ratione, quam per generalem conſuetudinem regni noſtri, & per notoriam conſuetudinem Comitatus & patriæ de Barrô, tam* infra regnum noſtrum *notorie obſervatam, quam in Imperio; quam, ſi non eſſet notoria, offerebat probare ipſa Comitiſſa de Garennis, & etiam per conſuetudinem locorum vicinorum, potiſſimum Ducatus Lotharingiæ, ſecundum cujus conſuetudinem ipſe Comitatus Barrenſis regitur ab antiquo. Quibus & pluribus aliis rationibus, dicta Comitiſſa de Garennis requirebat, quod ipſam reciperemus* ad fidem & hommagium; *vel ſaltem in* ſufferentia *poneremus, ratione balli, regiminis, vel adminiſtrationis dicti Comitatus; rejecta videlicet requeſtâ dictæ Comitiſſæ Barrenſis, & quod ei non fieret proviſio, vel recredentia, ſed potius eidem de Garennis. Quam requeſtam ipſa de Garennis offerens nobis* os & manus, *ac alia deveria & conſueta faciebat*, &c. [1] *tenebitur dictus Barrenſis Comitatus* (in quantum tenetur in regno noſtro) ad manum noſtram, *& per eam regetur,cum ſumptibus minoribus, quam erit poſſibile; & per ipſam manum noſtram* fiet proviſio dicto Comiti Roberto *pro victu & aliis neceſſitatibus ſuis, juxta ſtatum & dignitatem perſonæ & quantitatem emolumentorum Comitatus prædicti*, pro rata videlicet portione Comitatus prædicti ad manum noſtram remanentis. *Pronunciatum 5 die Iunii anno 53.*

Si ſe *Regum noſtrorum* (ob univerſæ ditionis caput Barrum) *homines*, alii poſt alios, faſſi ſunt; ſi ab iis, ut *ætatis*,ſic delictorum *veniam* impetrarunt; ſi quandocunque ipſis cum conſanguineis, aut vicinis judicio contendendum fuit (videntibus, ſinentibus, neque contra hiſcentibus Germaniæ Regibus) Francorum ſeſe arbitrio permiſere Barrenſis familiæ Principes; annon te impudentiâ ipſâ impudentiorem eſſe oportet, qui quod illi certatim per omnem retro memoriam, & ſcriptis & factis confirmarunt, negare non erubeſcis? quid ad nos, aut ad elevandam culpam tuam faciet, quod aliorum exemplo negaveris, ſi quotquot id primum auſi ſunt, in manifeſtô mendacio deprehenſi, omnem ſibimet fidem abrogaverunt? *Symphorianus* [2] *Champerius patria Lugdunenſis Gallus*, Henricum Barri Comitem *nullo modo, ne ratione quidem Comitatus ſui Barrenſis, regno Franciæ ſubjectum, feudum Regi facere coactum* ſcripſit: ſed quis ille? quando, quove conſilio ſcripſit? Antonii Ducis,poſtquam is,ſive ex indignatione(ob denegatam patri Provinciam, uxori Caroli Borbonii germani fiſci viribus adjunctam hæreditatem) ſive Franciſci Regis (in quem ille rebellaverat) odio;ſive contracta cum Carolo v (cujus ex ſorore neptim Franciſcus filius A. D. 540 Mart. 20 Ratisbonæ deſponſaverat) affinitate, pactiſque cum Imperio Germanico A. D. 1542 Noribergæ Auguſti 26 initis, illectus, à Francorum partibus quibus Majores conſtanter adhæſere deflexerat, Medicus *domeſticus*, ad inauditas antea fabulas animum adjecit; & teſtimonium falſum, non rogatus, imo gratiæ ſuſpectus, [3] *cui imperari potuit ut teſtis fieret*, [4] hoc ipſo *non idoneus*, protulit; Guillelmum neſcio quem, Lotharingiæ Ducem, & Antonii atavum finxit; & Barrum pro virili à regni Francici corpore avulſit. A. D. 1543 Antonio Franciſco A. D. 1544 proxime ſequenti jam denatis, & Chriſtianâ Caroli II poſtumi parente Carolo

[1] P. 53.
[2] Comm. Loth. p. 8.
[3] Cod. de teſtib. c. etiam.
[4] Dig. de teſtib. c. Idonei.

Carolo v avunculo addictiſſimâ, clavum tenente; Virduni, cujus Præſulatum Nicolaus pupilli patruus tenebat, *Antiquitates* ſuas *Belgicas* Richardus Waſſeburgius Archidiaconus edidit, earumque paginam 388 triplici falſô inquinavit; Henrici Barrenſis *contractum abſque auctoritate* ſuperioris *nempe* Imperatoris, *& in præjudicium auctoritatis* Imperialis, *&* Imperatorum, *quibus Barri Comites obnoxii eſſent, iiſque* fidem & hominium *antea præſtarent*, concluſum nequiſſime mentitus. Anno denique 1583, quô hinc Carolus II Lotharingiæ, inde Henricus v Guiſiæ Duces, coronæ Francicæ inhiantes, nihil non in Capetinæ familiæ decus fortunaſque moliebantur; cum in ipſa regni Metropoli *Stemmata* ſua (imo commenta inficeta) prælo commiſiſſet Franciſcus Roſerius Virdunenſis Eccleſiæ Archidiaconus, Tomi 7. c. 103. *ſupremam Barrenſis caſtri poteſtatem à Rege* Pulchrô Henrico Comiti extortam, *reclamante Imperatore*, *qui* in utrumque *plura (niſi fatô conſumptus eſſet) parabat*, falſiſſime ſcripſit: ne dubites, lector, Blancam ſororem Rudolfo Alberti III primogenito A. D. 1299 deſponſavit, [1] annô 1300 *copulavit in uxorem, in die Conceptionis B. Mariæ Virginis*, ſeu Decemb. 8. feria 5. Anno 1301 Iun. 9 feria 1, Henrici Comitis hominium recepit. Anno [2] 1302 Iulii 11. *prope Curtracum flos militiæ Gallicanæ miſerabiliter cecidit*, & Novemb. 1. *Romæ Bonifacius Papa celebravit Concilium contra Philippum Regem*; anno denique 1303 circa Paſcha, cum [3] *excommunicavit, & Alberti electionem admiſit, ſubjiciens ſibi regnum Franciæ*; ſi quicquam adverſus Regem & Comitem *parabat*, quid (ad votorum ſummam) *militiæ Gallicanæ* recenti ad Curtracum cæde, Bonifacii Papæ fulmine in Regium caput contorto, ipſaque regni oblatione gratius evenire potuit? an gaudio extra ſe (ne occaſione uti poſſet) raptum, ut Roſerianis fabulis qualemcunque colorem inducas, dixeris? nihil enim ab eo moleſti Philippum noſtrum paſſum conſtat; ſed forte præmaturo fato abreptus jure ſuo uti nequaquam potuit: hoc vero vel cogitare ridiculum eſt, ſiquidem anno demum 1308 Maji 1, integro fere ab illata, quam putas, injuria ſeptennio, Ioannis fratre nati manu confoſſus, vivere deſiit; nec ei vel minima *extorto* à Rege *hominio* conquerendi cauſa data eſt; cum nihil ultra veterem Franciæ Occiduæ limitem ſibi regnoque quæſiverit, nihil quod in vicini regni *præjudicium* vergeret, animo Philippus noſter (quicquid in contrarium criminatores ejus velint) verſaverit.

[1] Chron. Auſtral.

[2] H. Stero.

[3] Annal. Dominic Colmar. Continuat. Martini Poloni. H. Stero. H. Rebdorff.

Caſtellionis, Confluentiæ, & Marchiæ ceſſionem, *alienationem* perperam interpretatus, Henricum *de fundis Imperialibus diſponere*, eaque *abſque conſenſu Imperatoris, & procerum Imperii alienare nullo modo potuiſſe*, edita Roncaliæ anno 1156 à Friderico primo conſtitutione [4] *nulli licere feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quomodolibet alienare, vel pro animâ judicare, ſine permiſſione majoris Domini*; *allodium*, quod *feudo* minus ſit, *diſtractum ex juriſdictione Imperatoris vendere* vetitum, fruſtra mones: ſi fallimur, vel glebam ex iis, quos *Imperiales* vocas, *fundis* à Philippo attrectatam fuiſſe, legeſque *feudorum* ejus cauſa ab Henrico violatas, aut *ex* Albertina *juriſdictione diſtractum* pilum doce: ſi (quod aperta luce manifeſtius eſt) hac in parte, ut in aliis fere ſemper, hallucinaris; ad ſanam mentem redi, intempeſtivoque falſarum querelarum murmure lectores obtundere deſine.

[4] Raderic. lib. 2, c. 7.

Tres illas, *quas Philippus fiſco ſuo adjecerat, præfecturas* ab Eduardo *recuperatas* fuiſſe, tam certum eſt, quam falſum ei *affinitatis cum Philippo Valeſio*

Maria Ioannæ, quæ Philippo nupſit, germanâ ductâ contractæ *intuitu* reſtitutas, *concordem* Champerii, Waſſeburgii, & Roſerii *ſententiam* pili non facio; rem ipſam, quam negare non potes, ſpecto; [1] A. D. 1310 Aprili menſe à Ioanne patruo & tutore, in Barrenſis Comitatus poſſeſſionem miſſus fuerat, annos circiter quindecim natus, Eduardus; eodem [2] annô, *die Mercurii poſt feſtum B. Dionyſii*, ideſt Octob. 13, *de ipſius Domini Regis voluntate expreſſa*, fiſci viribus ante novennium adjunctas præfecturas *dimiſit & tradidit Theobaldus* alter patruus, [3] earum ab anno 1304 Sept. 8 poſſeſſor; nulla autem tunc fuit, aut eſſe potuit, Eduardi & Philippi Valeſii *affinitas*; tum quia Maria Burgundica [4] poſt A. D. 1298 Martii 25 nata, anno 1310 nonniſi 12 ætatis annum agebat, neque matura viro erat; tum quia Ioanna [5] Mariæ ſoror natu major, *annô* demum 1313, *Iunio menſe*, Philippo Valeſio deſponſata eſt, nec ante ſponſalium celebritatem inter procos *affinitas* ulla intercedere potuit: tunc (qui cum Champerio, aliiſque ejuſdem furfuris nugatoribus, quæ non ſunt *intueri* te ſimulas) id à te impetrare poteris, ut ſole clariora, quæ errorem tuum revincunt, *intueare?* ſed *affinitatis intuitu* filio redditas, quæ patri ablatæ fuerant, præfecturas fuiſſe demus; quid hoc ad cauſam quam agendam ſuſcepiſti? an, ex eo quod redditæ ſint, Lotharingicas fuiſſe conficies? Lotharingiam ex quâ anno 888 Burgundiæ Iuranæ regnum defectum fuerat, poſt annum 925 à Franciæ Occidentalis regno divulſam, Germaniæ Regibus paruiſſe, eorumque *Imperii* (quod tunc duplici regno conſtabat) *membrum* dici potuiſſe non diffiteor; *Imperii*, ſive *Romani*, ſive *Germanici membrum* factam fuiſſe, aut *regnum* per ſe eſſe deſiiſſe, illis ipſis (quas profers) chartis munitus pernego. *Adalberonis Epiſcopi Metenſis in Gorzienſi* codice *charta hoc modô claudi* notas, [6] *Actum Metis publice, ſub die 17 Kal. Ian. anno ab Incarn. Domini noſtri Ieſu Chriſti* 933. Regni *autem* glorioſiſſimi Regis Henrici in Regno Lotharienſium 8; *Epiſcopatus autem Domini Adalberonis, qui hoc ſcriptum fieri juſſit, quinto.* Agnoſco, Chiffleti, ſed tu viciſſim hinc tria hæc diſce. 1. falſò à te Henricum (qui *Rex* tantum fuit, & Adalberoni creditus eſt) *Imperatorem* vocari. 2. eundem neque Romæ, nec in Italia regnaſſe, anno enim 933 Italicum regnum tenuit Hugo, Romanum Imperium ab A. D. 924 (quô Berengarius 1, è medio ſublatus eſt) ad 962 (quo Otho Magnus Febr. 2 feria 1 Romæ *Imperator* ſalutatus eſt) nemo tenuit; 3. Lotharienſe regnum, Germanici *membrum* nequaquam fuiſſe; ſed per ſe ſuo jure conſtitiſſe, quandoquidem Adalberonis Charta annô Chriſti 933 Decemb. 16 ſcripta, Henrici annos ab anno 926, quo à Lotharienſibus ſuſceptus eſt, non autem ab anno 919, quô à Germanis Conrado ſuffectus fuerat, exorſa, eum in Lotharingiâ, non *Germanici* (cujus annus 15 anno 933 currebat) ſed *Lotharingici* (cujus tum *octavus* tantum numerabatur) *regni jure* regnaviſſe, aliudque in Lotharingia, aliud in Germania regnum tenuiſſe, contra quam putabas, evincit.

Cum Otho 1, Henrico patri à Germanis & Lotharienſibus A. D. 936 Iul. 2 ſuffectus, utrumque regnum conjunctim per annos 26, menſes 7, antequam Romæ imperaret, moderatus ſit; Chartæ autem à te laudatæ [7] anno 948 (antequam imperaret 14) Iunii 29 ſcriptæ ſint; ab *Imperatore*, quod ſomniabas, dari non potuerunt, ſed à *Rege:* prioris titulus hic eſt, *Otho divina favente clementia Rex Lotharienſium & Francigenum*: poſterioris fere idem, *Otho divina*

[1] Hiſt. Barr. prob. p. 45.
[2] p. 42.
[3] p. 41.
[4] Hiſt. Burg. prob. p. 102.
[5] p. 123.
[6] Chartul. Gorz. p. 130.
[7] Miræus in Notit. c. 56.

divina favente clementia, Rex Lotharienſis & Francigenum: uterque *Imperatoris* titulum à te Othoni ante tempus tributum expungit; ac ſimul commentum tuum de Lotharingia, *Imperii* Germanici *membro*, refellit; etſi enim Othoniani *Imperii*, ſeu *ditionis*, partes integrantes Lotharingia & Germania fuerint, neutra alterius propriè *membrum* fuit, ſed unaquæque *regnum* ſuo jure ſeorſim conſiſtens, aliique per accidens tantum adjunctum: hinc Otho *Lotharienſium, & Francigenum* (ideſt Germanorum Francorum Orientalium) *Rex* diſtinctè dici & haberi voluit; *Lotharienſes* vero (ne quis eos Germaniæ *membra* reputaret, aut iis *Imperii* Germanici jure prælatum tecum fingeret) *Francigenis* præpoſuit; datâ (ut ſic dicam) operâ, tua tuique ſimilium deliria refellens; nec aliud tibi, ex poſterioris extremâ clauſula, colligere licet. *Acta ſunt hæc anno* 948, *Indict.* 12, *anno* Imperii *noſtri* 12, *in oppido Franconefort, menſe Iunio, in martyrio Petri & Pauli. Imperii* enim ſui nomine, non *Romanum* & *Italicum* (quibus carebat) regna; non *Germanicum*, quod æquo cum *Lotharingico* jure regebat; ſed *ſummam in utroque poteſtatem* intellexit, quod tu, mentem ejus nequaquam capiens, in alienum plane ſenſum detorſiſti.

Otho II A. D. 967. *Romanorum Imperator* à patre ſalutatus, & Romæ Decembris 25 à Ioanne XIII Papa coronatus, ut patris anno 973, Maji 7, feria 4 denati, hæres, Germanicum & Lotharingicum ſibi regna vindicavit: hinc *Amedei de Enwaldi villa* à te laudata Charta, hunc in modum clauditur. [1] *Anno ab Incarn. Domini* 973, *Indict.* 1, *anno autem primo Othonis* Imperatoris *junioris*, in regno Lotharii, *ſub Duce Friderico*, &c. quo rurſus evincitur Othonem Imperatorem, non qua Romanorum aut Germanorum *Imperator*, ſed qua Lotharienſium *Rex* erat, in Lotharingia regnaviſſe; annus enim Imperii ab eo Romæ ſuſcepti 6, cum anno Chriſti 973, ejuſque *in Lotharingia* poſt patrem denatum *primo*, qui Chartæ Amadei appoſitus eſt, concurrebat.

[1] Chartul. Gorz. p. 158.

Otho ipſe Conradi Rudolfo nati bonorum, in Vuebrenſi, Moſalgowienſi, Oſningenſi, Haſpongowienſi, Blieſichgowienſi, Lotharingiæ pagis ſitorum donationem [2] Charta pro Gorzienſibus ſcriptâ confirmavit, hoc fine clauſa. *Data 6 Kal. Octob. anno Dominicæ Incarn.* 982, *Indict.* 2; *anno vero Regni ſecundi Othonis* 25, *Imperii autem* 15. *Actum Capuæ feliciter, in Dei nomine Amen.* ubi annos regni à 958; Imperii à 968 auſpicatus, ditionem ſuam ex *Imperio* anno 968 *Romæ* inchoato, regniſque *Germanico* & *Lotharingicô* anno 958 ſuſceptis conflatam, non unô titulo ac jure ipſi ſubjectam fuiſſe; nec eum ubique, ſed in ſolo Romano tractu, *Imperatorio*; in Germaniâ, Lotharingiâ, Langobardiâ, *regio* jure dominatum fuiſſe; ſingulorum regnorum incolas ſuo etiam uſos; nec Lotharingos à Germanis, aut Langobardis, aut Romanis pependiſſe, ſed propriâ libertate gaviſos, quod ignorare videbare, palam oſtendit.

[2] p. 152.

Ex eodem Gorzienſi Chartulario Gondelandi chartam expromis, [3] cujus hoc initium; *Imperante Lotharingis glorioſiſſimo Rege Henrico, anno* 4 Regni *ejus* &c. finis vero *Actum annô ab Incarn. Domini* 1006, *Indict.* 4, *Epacta* 18, *Conc.* 1; nec vides eâ te, qui vocabulo *Imperante* turpiter abuſus, laudatæ à te Chartæ falſum *Imperatoris* titulum præfixiſti, velut ex profeſſo refelli, quæro enim ex te. 1 an ſolis *Lotharingis* annô 1006 *imperaverit*. 2 an *Imperatoria*

[3] p. 170.

toria poteſtate iis unquam dominatus ſit. 3. an aliorum, quam Romanorum, fuerint ulli ab annô 800 deſinente *Imperatores* abſolute dicti. Cum igitur anno 1202, Ianuarii 24, denato Othoni III, Henricus in Germaniæ & Lotharingiæ regnis, 8 Idus Iunii ſequentis ſuffectus ſit; Italicumque anno 1005 ſubegerit; anno 1006, quo Chartam ſuam ſcripſit Gondelandus, trium jam *regnorum* potens erat, nec tamen *Imperator* audiebat, aut ante annum 1014, Febr. 14, feria 1 (Romanis ſe ei committentibus) audiit; Hinc diſce, eum anno 1006 *Lotharingis imperaviſſe*, ſeu regio more dominatum eſſe; quia eorum regnum, per ſe, ſuaque vi conſiſtens non aliena ope, ut majoris (quod Germanis vindicas) *Imperii membrum* regebat; Lotharingici autem regni, non aliorum, Gondelandum meminiſſe; quia Lotharingus erat, in Lotharingia ſcribebat, & à Lotharingis, in Epiſcopatu Metenſi ſitam vineam, ſibi commutationis jure comparabat.

Româ A. D. 1084, *feria 5 ante Palmas*, ſeu Martii 25 deditionem faciente, *Imperator* ſolenni more ſalutatus, totiuſque Romanæ ditionis potens factus fuerat Henricus IV; quare ea, quæ de eo anno 1096 ſcripta ſunt prolaturus, non male eum *Imperatoris* titulo inſignis; ex eoque, quod *Lotharingica ſceptra rexiſſe* à Fulcone dicitur, Lotharingiam ei paruiſſe colligis: hoc nemo jure negaverit; tu vero, ex illo ipſo Fulconis loco, tam Lotharingiam, in illam uſque diem, regnum quod Henricus, non qua *Imperator*, ſed qua *Rex*, moderaretur; quam Germaniam, de qua Anonymus, *Anno Dominicæ Incarn.* 1095 *regnante* in Alamannia *Henrico Imperatore*; & Anonymi exemplo Willelmus Tyrius, lib. 1. c. 14. *Annô ab Incarn. Dom.* 1095, *Indict.* 4, *regnante Domino Henrico* Teutonicorum *Rege, & eodem* Romanorum *Imperatore* &c. ut ſingula hæc *Alamannia*, ſeu *Teutonia*, *Lotharingia*, & *Romanum Imperium*, diverſa, quorumque nullum, alterius *membrum* tecum dici debuerit, fuiſſe nota.

In Fridericum I deſinis, qui epiſtolâ [1] ad Matthæum I Lothatingiæ ſuperioris Ducem, anno non 1162, quem notas, ſed 1161 (à ſuſcepto [2] Romæ annô 1155, Iunii 18, *Imperatoris* nomine ſeptimo) datâ, ſe *Romanorum Imperatorem & ſemper Auguſtum*, Matthæum Ducem Bertæ ſororis maritum, *fidelem ſuum* vocavit; eumque *in ea fide quam Imperio debebat* manere *commonuit*; nos vero (qui Lotharingiæ Duces ſuis Regibus, qui uno eodemque tempore Germanos alterius, Langobardos tertii regni jure regebant, ac fere ſemper *Romanorum Imperatores* audiebant, paruiſſe agnoſcimus) Matthæum Ducem Friderico I ſororio, Lotharingici regni ratione, ſubditum fuiſſe non gravate concedemus; ſed hoc nihil ad *Barrum*, quod (allatis, ex indubitatæ fidei monumentis, à prima caſtri fundatione, annoque 951 ad annum uſque 1353 idoneis argumentis) *Francicum*, non *Lotharingicum* fuiſſe evicimus, exſufflato, imo manifeſti falſi convicto, temerario tuô pronunciato, quo *Regnum Lotharingiæ membrum Imperii* Germanici, *Barrenſem* vero *ditionem Lotharingiæ à ſeptingentis annis* fuiſſe *certum* eſſe aſſeveraſti; nihil enim horum *certum* eſt, aut fuit unquam, ſed univerſa & ſingula *certo*, ad merum Caroli Ducis ludibrium, & factionis Hiſpanicæ certum & reale commodum à te aliiſque tuì ſimilibus conficta ſunt.

[1] Cheſn. Tom. 4. p. 582. epiſt. 54.
[2] Otto Friſium de geſt. Frider. lib. 2. c. 22.

Quid [3] Barro, poſt annum 1353 factum ſit, cum docturum te pollicitare, ubi hæc *amphora cœpit inſtitui, currente rotâ cur urceus exit?* de *Barro* enim ſolicitis, *Moncionem*, de quo nulla proprie quæſtio fuerat, ludionum more, obtrudis,

[3] Comm. Loth. p. 12.

obtrudis; à *Carolô* IV *in conventu Principum Imperii Metis habito, annô* 1354 *Robertum Barri Comitem Pontis Moncionis Marchionem creatum*; *id perſpicue Edmundum Dinterum* [1] *teſtari, ubi adducto diplomate erectionis Comitatus Luxemburgenſis in Ducatum, Metis* anno Domini 1354, Indict. 4, tertio Idus Martii, Regnorum Caroli octavo *dato, adjungit*, eiſdem annô, locô, menſe & die, dictum Carolum Comitem Barrenſem in Marchionem, & ejus Comitatum in Marchionatum *erectum*; in Dinteri verbis, non *Barri*, ſed *Moncionis*, intelligi Comitatum debere; in Alberti Argentinenſi Chronico, ad annum uſque 1378 perducto, ubi de Carolo IV ait; *anno* 1354 *in Ianuario veniſſe ad civitatem Metenſem, ibique ex Comitatu Lucelburgenſi Ducatum, & ex Comitatu Barrenſi Marchionatum* feciſſe; corrigendum, & legendum *ex Comitatu Pontenſi Marchionatum*; *Male* denique à Ioanne Cuſpiniano *erectionem illam ad conventum anni* 1356 *referri*, vere (ſed intempeſtive) notans. Quid enim ad nos, ſi de Moncionis Comitatû quicquam vel ſtatuit, vel non ſtatuit Carolus IV? Comitatum illum *in Barrenſi ditione* fuiſſe vis, ſed perperam, & abſurde; quandoquidem ab atavo Ludovico, Roberto Duci Moncio; ab atavia Sophia, Ludovico circa A. D. 1030 nupta, Barrum obvenerat; ditiones in diverſis regnis ſitas, ita confundere ut altera alterius eſſet; quantumvis ille cupiviſſet, nec ipſe nec alius quiſquam jure poterat; & male ſani ſincipitis eſſet, quæcunque diverſo jure ejuſdem ſunt, eadem inter ſe reputare: Hoc igitur locô, vel ſciens prudens fallis, vel miſerum in modum deliras. Sed nec Moncionis in Marchionatum erectio, ſolida ratione nitebatur. Cum enim [2] *Marcham*, vel *Marchiam*, proprie *limitem* eſſe ipſemet fateare; *Marchionis* vox nihil niſi *limitaneum* ſonaverit, nec aliud proprie *Marchionatus*, quam præfectura, vel Dynaſtia *limitanea* fuerit. Quæro nunc, quidnam Moncioni, qui ab annô 843 ad 1354, *Comitatus limitaneus* nunquam non fuerat, ex attributo à Carolo IV *Marchionatus* titulo, veræ dignitatis acceſſerit, aut accedere potuerit; annon enim eodem quo ante fuerat, poſtea ſitu fuit; illiſque ipſis, quas antea habuerat, non auctioribus, & opibus & viribus pollens? an à Principis arbitrio pendet, ut quod in limite poſitum eſt, *limitaneum* (quod naturâ eſt) & dicatur & habeatur? ſed Carolo IV ſolenne fuit verba dare; ejuſque paulatim exemplô alii, ad hæc uſque tempora, nominibus à legitima ſignificatione deflexis abuſi, *Marchionatus* (ideſt *limitaneas* ſive præfecturas ſive dominia) in ipſo regionum & regnorum meditullio (ubi *limes* nec eſt, nec eſſe poteſt) collocarunt; & *Marchiones*, non *Marchiones* effinxerunt; quod nemini, niſi qui compugnantia loqui, & oppoſitum in appoſito quærere amet, jure placuerit.

Nonnullos [3] exinde, qui Robertum Ducali titulo à Carolo IV auctum aſſerant undique conquiris; Vetus Chronicon Metenſe, *Charles Roy des Romains vint a Mets, & fit adonques Duc, dou Comte Robert de Bair*. Decanus S. Theobaldi Metenſis [4] qui circa ann. 1400 vivebat, *Charles* IV *eleu Roy des Romains vint a Mets où il crea le Comte Robert de Bar, Duc de Bar*. Edmundus Boullayus Caroli II primus fecialis, in Genealogiis Ducum Lotharingiæ annô 1549 editis, Barrum *evectum in Ducatum per Carolum* IV *Imp. tempore Ducis Roberti*. Iacobus Rutantius Præſes [5] Curiæ (quam, adverſus expreſſam Henrici IV Comitis mentem *ſummam* vocas) *S. Michaëlis*; *ipſi* Reges Franciæ *videntes & ſcientes paſſi ſunt, ut Carolus* IV *Imp. Comitatum Barrenſem erigeret in Du-*

[1] lib. 5. c. 4. MS. apud Caſp. Genart.

[2] Comm. Loth. p. 96.

[3] Comm. Loth. p. 13.

[4] in Chron. MS.

[5] In MS. Comm.

in Ducatum,&c. *Muſſipontem, ditionis Barrenſis urbem, eveheret in Marchionatum*, &c. *Cæſares in Barrenſi Ducatu plures ſtabiliverunt leges & conſuetudines, plura conceſſerunt privilegia.* Franciſcus Thouveninus Barrum *ab initio feudum Imperiale, de quo Cæſaribus Comites hominium faciebant, in Roberti Comitis favorem à Carolo* IV *Imp. erectum fuit in Ducatum.* Quibus univerſis reſpondeo 1. Vetus Chronicon Metenſe & S. Theobaldi Decanum, eodem fere quo Albertus Argentinenſis modo erraviſſe; ut enim ille Marchionatus erectionem Barro perperam tribuerat, hi quod de novo Moncionis titulo audierant, ad Ducalem Barro additam dignitatem oſcitanter tranſtulerunt. 2. Edmundum Boullayum eorum exemplo peccaviſſe, multiſque ſcientem ac prudentem commentis genealogiam ſuam fœdaviſſe. 3. Rutantium & Thouveninum avide quod de Carolo IV priores ſcripſerant, ſed eadem temeritate arripuiſſe. 4. Rutantium, qui Moncionem Barrenſis proprie dictæ ditionis fuiſſe deliravit, nullas leges aut *conſuetudines*, *à Cæſaribus* Barrenſibus *ſtabilitas*, nulla *privilegia conceſſa* habuiſſe; ſed id ſuſpicandi occaſionem inde ſumpſiſſe, quod Barrenſis Comitatus iiſdem cum Lotharingiæ Ducatu moribus in multis uſus ſit; prout Ioanna de Barro Garennarum Comes anno 1353 monuerat; quod nemini Barrenſem ditionem, Lotharingiæ contiguam, & à Friderico Lotharingiæ Duce, Lotharii Regis, & Hugonis *Capeti* affini, *in regnô* noſtro primum occupatam attendenti minime mirum fuerit: quid enim inter vicinos, & ejuſdem Principis curæ commendatos proclivius, quam ut abinvicem mutuentur, & eodem jure regi ament? 5. à Thouvenino, qui Barrum in regno noſtro conditum & Campaniæ Comitibus Regum fidelibus ad annum uſque 1335, quo Campania Regum propria facta eſt, hominium debuiſſe ignorare non poterat, *Barrum ab initio Imperii feudum fuiſſe, de eodem*que *Comites Cæſaribus hominium feciſſe*, falſo & contra conſcientiam (cum nullum *hominii* Germaniæ & Lotharingiæ Regibus facti exemplum extaret, infinita Campaniæ Comitum regnique noſtri jura demonſtrarent) ſcripſiſſe. 6. quod Sancti Theobaldi Decanum ob attributam anno 1353 Roberto Duci Comiti Ducalem dignitatem reprehendis, Barrenſemque Ducatum anno demum 1347, à Carolo IV inſtitutum autumas, nihili prorſus eſſe; quandoquidem quod nunquam factum eſt, nullique tempori convenit, tam annô 1353, quam 1357, aut alii cuipiam, ſive præcedenti, ſive intermedio, ſive ſubſequenti aptari poteſt; quamvis improbabilius ſit ab anno 1353, quô *veniam ætatis* à Ioanne Rege vix impetraverat, Roberti Comitis Ducatum auſpicari.

Franciſcum Roſerium (quem admiſſi & confeſſi criminis infamia à teſtimonii jure longe ſubmovebat, & digniſſimum fuiſſe qui longam literam faceret, plus ſatis indicabat) non modo aliis adjungis, ſed *præ aliis egregie* officio functum prædicas, quia omnium impudentiſſimus, noſtros Gaguinum, Belleforeſtium, Hallianum falſi (ob tributam Ioanni Regi Barri in Ducatum erectionem) calumnioſe poſtulavit; ſed quod ille aſſeruit falſiſſimum, quod negavit veriſſimum eſſe, & jam inſinuavimus, & deinceps amplius confirmabimus; Roberto Comiti, paulo poſt Duci futuro [1] A. D. 1352 Iulii 27, *ætatis veniam* apud *Conflancium plene conceſſerat*, & 1353 Iunii 5 eidem proviſionem aſſignaverat Rex Ioannes. quid exinde à novo Duce actum? cum A. D. 1362, Decemb. 10, Warinum [2] Hugucionis de Calvo monte filium Barren-

[1] Hiſt. Barr. prob. p. 50.

[2] Hiſt. Barr. prob. p. 53.

Barrenſem, & 1364[1] Auguſti 18, Ioannem Arnoldo de Barro natum nobiles pronunciaſſet, regia ipſis confirmatione, ut nobiles haberentur, opus fuit. [2] Aſſignatis ab eo uxori, dotis nomine, Duno caſtro, aliiſque poſſeſſionibus, Chartam anno 1388 Auguſti 11, apud Barrum ſcriptam, anni ſequentis Auguſto menſe, Regi confirmandam obtulit. Annoque 1391, Maji 11, Compendiaci hominium fecit. *Charles par la grace de Dieu Roy de France, a nos amez & feaux gens de nos Comptes a Paris, ſalut & dilection. Scavoir vous faiſons, que noſtre trescher & tresamé Oncle le Duc de Bar, nous a fait aujourd'huy* foy & hommage lige *de la ville, Chaſtel, & Chaſtellenie* de Bar, *du Chaſtel, ville & terre & appartenances de Loupy, de la ville Chaſtel & Chaſtellenie de Loupy, de la ville Chaſtel & Chaſtellenie de Souliers, du Chaſtel de Treves & de ſes appartenances, deça la riviere de Mueze; de la ville & Chaſtellenie, terres, & appartenances de la Marche; de la ville, Chaſteau & Chaſtellenie de Chaſtillon ſur Seine; de la ville, Chaſtellenie, terre, & appartenances de Conſlans en Baſſigny, du Chaſtel de Nourſolles ville terres* & *appartenances*, &c. *Donné a Compiegne le 11 jour de May l'an de grace 1391, & de noſtre regne le 11.*

Ex Regeſtis Curiæ,[3] *Ieudi 11 Auril 1409 cedit jour Meſſieurs le Cardinal de Bar, Loiz Duc en Baviere frere de la Roine, le Comte de la Marche, Charles de Lebret Connestable de France, l'Eveſque de Laon, & autres parens & amis charnelx de Monſieur le Marquis du Pont, fils du Duc de Bar, & de Robert de Bar, fils de Meſſire Henry de Bar, aiſné fils dudit Duc de Bar, ont fait ceans propoſer* &c. *Ce fait, ont requis a la Court, ledit accord eſtre reçeu, & eſtre condamnéz par Arreſt a tenir ledit accord, lequel la Cour a reçeu, & a le tenir a condamné icelle Court les parties par arreſt.*

Poſt denatum Robertum Ducem A. D. 1411, cæſoſque in prælio Azincuriano Eduardum Ducem & Ioannem ejus filios, cum Roberto nepote, A. D. 1415, Octob. 25, fer. 6; Ludovico Cardinali germano, qui univerſam fratrum hereditatem creverat, lite ab Yolende Aragonum Regina motâ,[4] *vigore literarum Caroli* VI *Regis, in Parlamenti Curiâ evocatus, ſeu adjornatus, & in eadem conſtitutus, hæc ab adverſa* parte audiit. *quod prædictus Robertus, genitor quondam ſuus, Dux prædicti Ducatus Barrenſis, & Marchio dicti Marchionatus de Ponte, diverſas notabiles terras, & dominia, Balliviatuſque, Præpoſituras, caſtra, & Caſtellanias, utpote* de Barro Ducis, *de Sorvillariis, de Gondricuria, de Marchia, de Conſlancio, de Duno caſtri, de Sathenayo, de Claromonte, de Vienna caſtri, & medietatem de Marvilla, ad uſus & conſuetudines* patriæ Campaniæ rectas & gubernatas; *necnon de Avengardia, ſeu* l'Avangarde, *de Condeto ſupra Moſellam, & de Varennis, ac plures alias continentes, Dominusque plurium aliarum terrarum, & dominiorum; ſcilicet de S. Michaele, & de Mota Bourmont, in franco allodiô tentarum, & aliarum* &c.[5] *Ex adversô vero, pro parte dicti Cardinalis, propoſitum inter alia; quod actio, ſeu actiones prædictæ, antedictæ Yolendis, reales erant; reſque ſeu terræ, ſuper quibus contendebatur in hac parte* &c. *aut plurimæ ipſarum, extra Regnum noſtrum, & in Imperio ſituabantur; & ſic de eis (cum reverentiâ tamen, & honore dictæ noſtræ Curiæ loquendo) ipſa noſtra Curia de ipſis cognoſcere, vel cognitionem tenere non valebat; ſed, ratione ipſarum, dicta Yolendis, ipſum Cardinalem, ſupra locum ſive loca earumdem terrarum, & coram judicibus competentibus proſequi debebat* &c. [6] *Replicante dicta Regina Yolende, & dicente inter cætera, quod actiones ſuæ prædictæ,*

[1] p. 54.
[2] p. 55.
[3] p. 58.
[4] ex Regeſtis Curiæ Hiſt. Barr. prob. p. 61.
[5] p. 63.
[6] p. 64.

prædictæ, hæreditariæ & univerſales erant, principaleſque terræ ſeu loca dictarum ſucceſſionum, & maxime dictus Ducatus Barrenſis *coram* Ballivo *noſtro* Senonenſi reſſortiens, *in & de* regno noſtro exiſtebant, *ac in eodem regno dictus Cardinalis mobilia etiam & conqueſtus tenens morabatur*, &c. *tandem per Arreſtum dicta Curia proviſionem de mille & quingentis, & recredentiam de aliis mille & quingentis libris Turon. ſingulis annis capiendis, pendente, ſeu durante hujuſmodi proceſſu, memoratæ Reginæ Yolendi fecit, & adjudicavit*, &c. *necnon ad ipſas proviſionem & recredentiam, antefatæ Yolendi, aut ejus certo mandato, annuatim ſolvendi, dictum Cardinalem condemnavit. Pronunciatum ultima die Septembris anno Domini* 1418.

Anno vero proxime ſequenti, univerſa ſua Renato ſororis nepoti donavit, qui ea rurſus Renato Lotharingiæ Duci ex Yolende filiâ nepoti legavit: ex priori donatione excerptum, [1] *voyant que ſondit frere Meſſire Iean de Bar, qui a luy devoit ſucceder pour le tout, ſans partition ou diviſion d'autruy, tant par les couſtumes & uſages notoires de ſes pays, & Seigneuries; comme par expreſſe diſpoſition & ordonnance faitte par feu ſon treſcher Seigneur & Pere, Monſeigneur le Duc Robert, que Dieu abſoille, du conſentement de tous ceux a qui il appartenoit, & confirmée par* Arreſt de la Cour de Parlement, *n'eſtoit depuis ſon partement retourné. Ayant auſſy en memoire, comme feu ſon treſcher Seigneur & Pere, en ſon vivant doué de belle & grande lignée maſle & femelle, doubtant par ſon decez ſa Seigneurie cheoir en debat & diviſion; par conſeil & grand advis de la plus grande partie, de tous les Seigneurs de France ſes parens, & d'autres notables, & ſaiges hommes, Clercs & laics en grand nombre, y pourveut, & in ordonna, par ſi faitte ſainte, bonne forme, & maniere, que toute ſa poſterité en demeura contente & appaiſée*, &c. *eu eſgard a la grande proximité de lignage donc luy attient tant de par pere, que de par mere ſon treſcher & treſamé neveu Meſſire René Comte de Guiſe*, &c. *a iceluy ſon neveu Meſſire René Comte de Guiſe, il donne & tranſporte en la preſence des gens des trois eſtats de ſondit Duché, aſſembléz pour cette cauſe en la ville de S. Michel, la proprieté dudit Duché de Bar, avec toutes ſes appartenances & appendances, excepté les chaſteaux, villes, chaſtellenies & Prevoſtéz de Sathenay, de Clermont, de Varenne, & de Vienne, leſquelles il ne donne point pour le preſent, pour certaines cauſes a ce le mouvans; & d'icelle proprieté du Duché de Bar, & auſſy du nom & titre de Marquis du Pont, avec les droits, privileges, prerogatives, preeminences, & honneurs appartenans & appendans a iceluy, il enherite des maintenant ſondit nepveu preſent & icelles acceptant*, &c. *Donné en la ville de S. Michel, preſens a ce ſa treſchere & treſamée ſœur Bonne de Bar Comteſſe de S. Paul & de Liny*, &c. *le* 13 *jour du mois d'Aouſt l'an* 1419.

[1] Ibid.

Ludovico

Ludovici Cardinalis & Renati propinquitas.

Ioannes Rex Bonæ Lucemburgicæ maritus, A. D. 1364, Aprilis 8 denatus.

Carolus V Rex.
Ludovicus I Andegavorum Dux, Rex Siciliæ, anno 1385, Septemb. 21 denatus Mariç Britan. marit.
Maria Roberti Ducis, A. D. 1411 denati uxor A. D. 1404, Octobri menſe defunćta.

Ludovicus II Yolendis Aragonicæ maritus, A. D. 1417, April. 30 denatus.
Yolendis Ioannis Aragonum Regis uxor, A. D. 1449, denata.
Henricus Mariæ de Codiciaco marit. A. D. 1395 in expeditione Hungarica cæſus.
Philippus cum fratre A. D. 1396, cæſus.
Eduardus Dux, A. D. 1415, Octob. 25 cæſus.
Ludovicus Card. fratrum hæres, A. D. 1430 Iulii denatus.
Ioannes cum fratre, A. D. 1415 cæſus.
Carolus circa, A. D. 1400 denatus.
Bona.

Ludovicus III, A. D. 1434, Novemb. 14 denatus.
Renatus Ludovici Card. hæres ex aſſe, Iſabellæ Lothar. maritus A. D. 1482, Iulii 9 denatus.
Yolendis Ludovici II uxor, an. 1442, Novemb. 14 denata.
Robertus Ioannæ Bethuniæ maritus, A. D. 1415 cum patruis cæſus.

Ioannes nothus Moncionis Marchio, Margaretæ Glannatenſis maritus, poſt A. D. 1525 denatus.
Ioannes Calabriæ & Lotharing. Dux, Mariæ Borboniæ marit. an. 1479, Dec. 16 denatus.
Yolendis Friderici Comitis de Vadonis monte uxor nepotis hæres, A. D. 1483 denata.
Ioanna Ludovici Lucemburg. uxor prior, A. D. 1462 denata.

N. Franciſci Forbini Solerii uxor, quæ cum poſteris Moncionis poſſeſſione excidit.
Nicolaus A. D. 1473 denatus Iulii 24.
Renatus Dux, cui avus Barrum donavit Philippæ Geldricæ maritus, anno 1508, Decemb. 10 denatus.
Petrus Mariæ Sabaudicæ maritus, circa A. D. 1480 denatus.

Antonius Dux Lotharing. à quo cæteri Duces.
Claudius Dux Guiſiæ.
Maria Franciſci Borbonii Vindocini Comitis uxor, Caroli Chriſtianiſſimi Regis abavi mater.

Excerptum ex poſteriore donatione; *anno Incarnationis* 1474, *& die* 22 *menſis Iulii*. Il inſtitue & nomme de ſa propre bouche, ſes heritiers par partie, & reſpectivement, ceulx qui s'enſuivent; c'eſt aſcavoir tresnoble & puiſſant Seigneur, Monſeigneur Charles d'Anjou, Duc de Calabre, Comte du Maine, ſon neveu, portant le nom & les armes d'Anjou, comme ſon premier principal & univerſel heritier, en toutes, les choſes deſſusdittes, & de ſucceſſion comme d'acqueſts fais par ſes predeceſſeurs & luy, excepté de ceux dont-il auroit diſpoſé, & diſpoſeroit juſques a ſon decez; ce qui s'enſuit, c'eſt aſçavoir le Duché de Bar, auquel & en toutes ſes appartenances, & dependances, (ſans y comprendre le Marquiſé du Pont, lequel il a donné a Iean ſon fils naturel) *il nomme & inſtitue ſon heritier particulier, Monſeigneur René a preſent Duc de Lorraine ſon neveu, fils de Madame Toland Ducheſſe de Lorraine ſa fille* &c. & paulo ante; *Item donne & laiſſe a ſondit fils naturel*, [Iean] *le Marquiſé du Pont, ſitué & aſſis en ſon Duché de Bar, avec toutes & chacune ſes appartenances quelſconques, pour en jouir, luy & les ſiens, deſcendans de ſon Corps en mariage a tousjours mais. & s'il advenoit que luy, & les ſiens allaſſent de vie a treſpas, ſans hoir legitime deſcendant d'eux, ledit Marquiſé retourneroit au Duc de Bar*: hujus vi diſpoſitionis, debuerat ad Ioannis & Mariæ Glannatenſis filiam Franciſci Sorbini de Soleriis uxorem, cujus uſque nunc poſteri S. Cannati & Soleriarum Dynaſtæ

ſuperſunt, Moncionis Marchionatus tranſire debuerat,ſed ejus poſſeſſionem adire nulli eorum licuit.

Barrenſem ditionem, ex quô Ducali titulô inſignior, caput altius extulit, Francici juris eſſe nequaquam deſiiſſe, ex præmiſſis clarum eſt; cum enim Robertus, jam Dux, Barrenſes plebejos ad nobilium ordinem ſine *confirmatione* Regiâ non evexerit; Regi *hominium* fecerit; diviſionem bonorum inter liberos Regi *confirmandam* obtulerit: Ludovicum, fratrum hæredem, ad Regium tribunal pertraxerit; à Barrenſis prætorii judiciis *ad Senonenſe appellari* conſueviſſe docuerit; cauſamque in Parienſi Senatu obtinuerit, Yolendis Aragonum Regina, Ludovici ejuſdem ſoror; Cui Carolum IV, cujus ad manum monumentum nullum eſt, Barrum in Ducatum erexiſſe, fidem fecerint, qui tibi rem falſam & evidenter abſurdam aſſerendi auctores fuiſſe videntur? quis Carolum Regibus noſtris arctiſſima propinquitate colligatum, ejuſque poſteros Capetinæ familiæ addictiſſimos, Francicæ ditioni jam Regis ſui captivitate plus ſatis afflictæ, homines ſubtrahendo, *rei ad ſe*, & Regnum ſuum *non pertinenti immiſcere ſeſe* (quod *culpâ* nunquam *vacat*) auſos eſſe; aut ſi (Barro Ducalem titulum tribuendo) ſua tractabant, nova illâ dignitate auctos ad exterum Principem, ſe ſpretis, transfugere; in eorum partes inclinare; iis ſe obnoxios fateri; eos (velut in patronorum deſpectum) perpetuo cultu proſequi; Regeſque noſtros, limite ſuo perrupto, in alienam ditionem exundare; in ea jus ſibi ſupremum vindicare; de non ſubditis eorumque fortunis ſtatuere paſſuros fuiſſe credat? ne tu, Chiffleti, ſi verum fateare, in animum induxeris, quanto minus alii?

Cum igitur Germanicos Imperatores in Francico regno; Francorum Reges in Germanico Imperio, jura dixiſſe, & honores diſpenſaſſe, vel cogitare inconvenientiſſimum ſit: unus Ioannes Rex Robertum Comitem Barri, Ducem pro jure ſuô pronunciare potuerit; de Carolo verò IV id ſomniare delirũ merito videbitur; ei enim (ſi tale quicquam aggreſſus eſſet) vel profligatiſſimam impudentiam, vel extremam ſtultitiam impingere neceſſe eſſet; cum abſolute impoſſibile ſit, eum cujus Majores Barrenſem ditionem Campaniæ Comitibus Francici regni fidelibus obnoxiam agnoverant; quique, ditionis ejuſdem membrum adepti, Campaniæ Comitibus *hominium* fecerant, cui regno eadem ſubeſſe deberet, ignoraſſe, ſuoque; ſine inſaniâ, aut malâ fide, vindicaſſe. Audi nunc quibus argumentis permoveamur.

Ex Archivo Regio, *Nous Thiebaux par la grace de Diex Rois de Navarre, de Champagne & de Brie Cuens Palazins; faiſons a ſcavoir a tous ceulx qui ces lettres verront, que Meſſires Henris de Lucemborc, eſt devenus noſtre* hom liges, & a nos hoirs de Champagne *apres nos, apres l'Empererz, l'Eveſque dou Liege, & le Conte de Flandres, & eſt a ſcavoir* &c. *Ce fut fait en l'an de grace* 1242 *ans, ou mois de Novembre.*

Ex Veteri Campaniæ monumentorum regeſto. [1] *Lettres par leſquelles Henry Comte de Lucembourg, & de la Roche, Marchis d'Erlons, & Marguerite ſa femme, reprit de Thibaut Roy de Navarre, Comte de Champagne, le Chaſtel de Liney & les appartenances, tant que ladite Marguerite vivra; par les convenances qui entr'eux ſont faittes, en homage lige; jurable, & rendable a petite force & a grand; & ne doit aider le Roy encontre l'Archeveſque de Treves, & le Duc de Limborch l'an* 1262.

[1] Hiſt. Luxemb. prob. p. 98.

Lettres

Lettres par leſquelles Henry Comte de Lucembourg met en la main du Roy trois de ſes villes, aſcavoir Trivery, Foucheres, Nans, pour le deſdommager de ce qu'il eſt plege pour luy, de tenir ledit du Roy de France, ſur les diſcors qui eſtoyent entre luy & le Comte de Bar, l'an 1267.

Lettres de Waleran fils de Henry Comte de Lucembourg, Seigneur de Liney, par leſquelles il reconoiſt tenir a hommage du Roy de Navarre, Comte de Champagne, les fiefs de Trivery, & de la Neuve ville, & de S. Ioire, & de Dommenges, de Houdelaincourt, de Mandres, de Seriſontaines, & de Foucheres, l'an 1269.

Ex Francicæ Cancellariæ regeſto. [1] *Ioannes Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus univerſis, tam præſentibus, quam futuris; quod cum dilectus & fidelis Conſiliarius noſter Walerannus de Luxembourg, Dominus de Ligny, nobis ſignificaverit, quod terram ſuam de Ligny, quam à Comite Barrenſi tenet in feudô, in qua terrâ omnimodam juriſdictionem, altam, mediam, & baſſam habet, & quæ terra de Ligny hactenus* ſub Ballivia noſtra Senonenſi reſſortiri conſuevit, *exceptis duntaxat ducentis libris terræ in villis de Trivery, de Nova villa, de S. Iore, Domenges, & earum pertinentiis, Quæ quidem ducentæ libræ terræ,* ſub Ballivia Calvi montis *in Baſſigniaco reſſortiri conſueverunt,* &c. *Officiarios, juſtitiarios, ſubditos, & habitatores villarum prædictarum, à juriſdictione, cohercione, diſtrictu, & reſſorto Baillivia Calvimontis ex noſtra certa ſcientia & gratia ſpeciali prorſus eximimus, ſegregamus, & ex nunc in perpetuum penitus amovemus; & hujuſmodi villas cum pertinentiis ſuis prædictis, officiarios, juſtitiarios, habitatores, & ſubditos earumdem quoad reſſortum transferimus, & eſſe volumus perpetuis temporibus ſub Baillivô Senonenſi, qui eſt, & qui pro tempore fuerit, & ad ipſum in omnibus caſibus reſſortiri,* &c. *Quod ut firmum,* &c. *Actum Pariſ. anno Domini* 1353 *menſe Maji.* [1] p. 96.

Charles par la grace de Dieu Roy de France, Savoir faiſons a tous preſens & advenir, que conſiderans les treſgrans, loyaux & honorables ſervices, que noſtre amé & feal Couſin Guy Sire de Liney, & Comte de S. Paul, & ſes predeceſſeurs ont (pour le temps paſſé) fait en pluſieurs manieres a nos predeceſſeurs Roys, & a la Couronne de France, &c. *Avons fait, creé, ordonné & eſtabli, faiſons, creons, ordonnons & eſtabliſſons, par la teneur de ces preſentes lettres, de laditte Seigneurie de Liney Conteé; & voulons, ordonnons, & decernons, que icelle Seigneurie ſoit tenue, ditte, nommée, reputée, & appellée perpetuellement Contée; & que noſtre dit Couſin & ſes ſucceſſeurs, Seigneurs d'iceluy lieu, ſoyent perpetuellement, & heritablement, de tous tenus, diz, nommez, reputéz & appelléz Contes de Liney; & que tous les Chaſteaux, fortereſſes, villes, & lieux, ſubgets, hommes, vaſſaux, tenans & mouvans d'icelle Seigneurie, tant a cauſe de domaine, comme autrement par quelque maniere que ce ſoit; reſſortiſſent audit lieu de Liney comme a Contée,* &c. *& que audit Contée, ait & appartiengne perpetuellement telle Seigneurie, nobleſſe, privileges, libertéz & franchiſes, comme aux autres Contées de noſtre Royaume,* &c. *Donné a Paris au mois de Septembre l'an de grace* 1367, *& de noſtre regne le quart. Ainſi ſigné par le Roy, preſent Monſieur le Conte de Salebruche.* N. de Veyres.

Ex Curiæ Regeſto. [2] *Cum dilecta & fidelis noſtra, Ioanna, dicta* Bacon, *Domina de Molayo, relicta defuncti Ioannis Lucemburgenſis, quondam Caſtellani Inſulæ, & Domini de Roucey, actrix in hac parte, plures rationes & facta propoſuiſſet in noſtra Parlamenti Curia, contra dilectos noſtros, & fideles, Mathildim* [2] p. 97.

Comitiſſam S. Pauli, relictam defuncti Guidonis Lucemburgenſis ultimi Comitis de Ligniaco, & de S. Paulo, Waleranum de Lucemburgo Comitem de Ligniaco primogenitum dictorum Comitis & Comitiſſæ, & hæredem principalem dicti defuncti, &c. *dicta Curia ipſi Ioannæ proviſionem fecit, & facit, de medietate caſtri, villæ, & Caſtellaniæ prædictarum, ac pertin. earumdem, lite præſenti durante: Pronunciatum die* 27 *Auguſti anno* 1371.

Si rerum non tantum ſuarum, ſed etiam alienarum curioſiſſimi Principis Caroli IV, proavus Henricus, Lineium à Barrenſi ditione avulſum, & Margaretæ uxori dotale factum, Campaniæ Franciæ membrum reputavit, ſeque eo nomine Campaniæ Comiti obnoxium profeſſus eſt: Valerannus vero 2 Linei dynaſta, Henrici ejuſdem nepos, totam ſuam ditionem, cum Barrenſi *ſub Ballivia Senonenſi reſſortiri*, ab antiquo agnovit: cui veriſimile fiat, Carolum Barrum, Lineium, cæteraque Tranſmoſana, quæ alieni fori eſſe, & alienos Dominos colere videbat; Imperio ſuo, quod ne in minimis colebant, ſubdita credidiſſe, aut credere potuiſſe? Si vero neque credidit, neque credere adverſus tot domeſtica experimenta potuit, vel Choroebo inſaniores eſſe oportuit, qui eum in manifeſtam tam Ioannis Regis, Bonæ germanæ mariti, cujus amitam Blancam primis nuptiis duxerat; quam regni, pro cujus dignitate adverſus Anglum, cum patre adverſis vulneribus confoſſo, fortiter [1] ante octennium pugnaverat, injuriam prorupiſſe, Barrenſes (in quos nec ipſi, nec Majoribus legitimum ullum imperium fuerat) quaſi proprios ſibi vindicando, deque eorum ſtatu pro libitu ſtatuendo. Si tecum, quicquid vis, egiſſe, idque jure aggreſſum negamus; Carolo noſtro, qui *Sapiens* ſuo merito dictus eſt, inconſideratiſſimæ audaciæ, Roberto Duci ingratiſſimi animi labem adſpergere neceſſe fuerit: ille enim (nulla avunculi, qui pro regno ante decennium animoſe dimicans de vita periclitatus fuerat, opemque poſt cladem paternum imploranti, amicum Metis ſinum aperuerat, reverentia tactus) Linei Dynaſtiam Barrenſis Ducatus, in propria ab eo ditione creati, membrum, Comitatûs titulo nobilitare; Linei Comitem in alieno (ut putas) regno inſtitutum, coram tribunali ſiſtere; Robertum Ducem ſororis maritum ad hominium adigere non dubitaverit. Hic vero per Mariam uxorem Bonæ germanæ ſecundogenitam arctiſſimæ affinitatis vinculo devinctus, benevolentiſſimi avunculi, cui ſuum (quantum quantum erat) decus debebat oblitus; titulorumque Marchionalis, & Ducalis paulo ante tributorum, quodam quaſi tædio æger, uni ſe ſororio, qui (ex tua ſententia) externus erat, abjurata naturalis principis fidelitate, commiſerit, Barrum caſtrum cum ſubdita ditione abſolute addiciens. Etiamſi tibi dulce ſit deſipere in locô; tune maximis, ſuo tempore, Principibus, animi tui vitium (ceu ſcabiem quandam inſanabilem) affricaveris, ut quandocunque libuerit, eos tam inique, quam ſtulte, egiſſe impune fingas, illibatæque eorum famæ, quantum in te eſt, vitium facias? Cum gratiore in eos omnes animo ſimus, in avia tua abduci nos nequaquam ſinemus, unoque verbo cauſam abſolvemus; æque abſurdum eſſe, ſive Carolus IV Germanorum Imperator, trans Moſam (in Campania Francica ab ejus ditione aliena) Regio jure uſus, Magnatibus non ſubditis hominium imperaſſe, eoſque nova titulorum illecebra demulſiſſe dicatur; ſive Carolus noſter cis Moſam & Moſellam (extra regni aviti fines impetú facto) tale quippiam aggreſſus credatur.

[1] A.D. 1346.

Non

Non igitur Carolus IV Imp. ſed Ioannes, qui anno 1352 Roberto Comiti propinquo *ætatis veniam* largitus erat, eique anno proxime ſequenti *alimentariam proviſionem* aſſignaverat, eundem anno 1354, *Ducem* (Barro Campaniæ noſtræ oppido nova dignitate aucto) ſalutavit, ſive ante; ſive poſt Marchionatus titulum Moncioni (ad Moſellam, adeoque in Lotharingia, extra regni noſtri, ab A. D. 926, fines poſito caſtro) à Carolo IV, cui totus ille tractus parebat, jure ſuo, noſtrorumque nemine reclamante, tributum: Cum enim Robertus duos, avito jure, Comitatus regeret, Moncionis *Lotharingicum*, Barri *Francicum*; illum [1] *Metis anno Domini* 1354, *Indict.* 7. *tertio Idus Martii, regnorum octavo, in Marchionatum* (pro ſumma ſua in ditionem poteſtate) *erexit* Carolus, qui anno 1346, Auguſti 27, [2] *feria* 7, *in die S. Rufi*, cæſo ad Creciacum patri in Bohemiæ regno ſucceſſerat; Iulii vero 19, *feria* 4 *ante feſtum Margaretæ*, ex Faſtorum Germanicorum præſcripto, *ad villam Rens ſuper Rhenum*, Germaniæ Rex Ludovici IV loco electus, *Dominica ante feſtum Martini*, ſeu Novemb. 9, Avenione à Papa approbatus, *Coloniæ Dominica ante feſtum Andreæ*, ſeu Novemb. 23, *coronatus extitit*. Hunc Ioannes Rex in propria ditione conſtitutum, eodem fere tempore, *Ducali* prærogativâ pro jure ſuo inſigniens, naturæ caritatibus indulſit.

[1] Diſſer. M. lib. 5. c. 40.

[2] H. Rebdorff, Albertus Argent.

Ioannis Regis & Roberti Comitis propinquitas.

Robertus II Burgundiæ Dux Agnetis Francicæ maritus, A. D. 1309, Octob. 9 denatus.	
Ioanna Philippi VI Regis uxor prior, A. D. 1348 denata.	Maria Eduardi Barri Comitis uxor.
Ioannes Rex Bonæ Lucemburg. maritus, qui Robertum, materteræ nepotem, Ducem A. D. 1354 ſalutavit, anno vero 1364, April. 8 deceſſit.	Henricus IV Yolendis Roberto Flandro & Ioanna Britannica natæ maritus.
Maria Roberti Ducis uxor ab A. D. 1364, Iun. 4.	Robertus à Robertis avo & proavo nomen ſortitus, Mariæ maritus, à Ioanne Rege propinquo Dux ſalutatus.

Ioannis Regis diplomate nunc caremus, ſed quorum crimine? annon eorum, qui cæco, ſed manifeſto, furore correpti (Lotharingicam familiam, antehac regno noſtro addictiſſimam, à conſueto cultu abducendi ſpe) quicquid nunc de Carolo IV, omni ratione & legitimorum ejus monumentorum auctoritate deſtitutus, garris, impudenter mentiti ſunt? ſi quam iis fidem adhibendam putas, eos Caroli IV de Barri Ducali dignitate diploma edere jube: ſi juſſa tua capeſſere iis impoſſibile judicas, eorum iniquitati favere deſine. *Contemplatione nuptiarum* Mariæ filiæ, *Robertum Comitem* à Ioanne Rege *Ducis titulo decoratum* [3] fuiſſe tecum negamus, qui Mariam Roberto poſt [4] patris dormitionem deſponſatam, eique à Carolo fratre *conſtitutam dotem* novimus: Aſſentimur etiam Robertum, qui *ſe* Barri Ducem *ſcripſit, in literis anni* 1357, *quas Cheſneus ex Archivo Franciæ attulit*, à Ioanne Rege (illo ipſo tempore ſub Anglorum poteſtate poſito) *Ducem* creari nequaquam potuiſſe: ſed eum ab eodem, ante captivitatem, Ducali titulo auctum fuiſſe, monemus: potuit enim propinquo anno 1354, 55, & 56, ante Septembrem gratificari, [5] qui Septembris 19, feria 2, ab hoſte captus; anno demum 1360, Octobri menſe libertati redditus; toto intermedio tempore, per quadriennium ſolidum, ſui juris non fuit; Sed quibus argumentis, ab eo ante captivitatem

[3] Com. Loth. p. 26.

[4] probat. Barr. p. 54.

[5] ſic Froſſard. Chron. Elvang. *Sabbato ante Michaëlis*, ideſt Sept. 24.

Ducem Robertum creatum neges, videamus. 1. *Carolus* IV *Imp. in Diplomate quod datum eſt Metis* 12 *Kal. Ianuarii, hoc eſt*, 21 *Decembris anni* 1356, *Robertum adhuc vocat* Comitem Barrenſem, *Robertus autem* Barri Ducem *ſe ſcribit in literis anni* 1357. Eſto, an ex Notarii extranei incogitantiâ, firmi quicquam collegeris? anno 1357, *Ducem ſe ſcribebat Robertus*, ejuſdemque literæ Decemb. 10. anni 1362 in Cancellariæ Francicæ Regiſtis [1] extant, à Rege anno 1364 confirmatæ, & hoc initio ſcriptæ; *Nous Robers Dux de Bar, & Marchis dou Pont, faiſons ſavoir & conoiſſant a touz*, &c. à nonnullis tamen poſt annum 1362, non *Dux*, ſed *Marchio*, imo *Comes* dicebatur; [2] Excerptum ex Archivi Regii Inventario, *Diſpenſe du mariage de Marie de France, avec Robert de Bar*, Marquis du Pont, *fils aiſné de Henry Comte de Bar*; *en Octobre l'an* 2, *du Pontificat d'Vrbain* v, ideſt 1363; quandoquidem anno 1362, Septemb. 27, feria 3. electus, & Octob. 31, feria 2, coronatus eſt Vrbanus; rurſus ex monumentorum in caſtro Feriæ ad Iſaram aſſervatorum inventario, [3] *Traitté de mariage entre Monſieur Philippe de Bar, & la ſeconde fille de Monſieur le Comte de Converſan Seigneur d'Enghien, par lequel eſt baillé audit Philippe, pour le droit de la ſucceſſion de Madame la Comteſſe de Bar, ſa grand Mere, & de Monſieur* le Comte & Comteſſe de Bar, *ſes pere & mere*; *ſix mille livres de terre par an, & a laditte Damoiſelle la Comté de Brienne, & le Chaſtel d'Enghien.* tunc Robertum *Ducem* eſſe deſiiſſe, vel nondum fuiſſe dixeris, quia anni 1363, Octob. *Marchio*; anno 1384, Maji 3, *Comes* tantum à nonnullis audiit? Valeat igitur primum tuum adverſus nos argumentum.

[1] prob. Barr. p. 53.
[2] p. 54.
[3] p. 57.

2. *Si Robertus Barri Comes à Ioanne Rege Dux fuiſſet creatus annô* 1357, *ut volunt* Gaguinus, Belleforeſt, Hallianus, *Barrenſes ab illô ſaltem tempore Regum Franciæ clientes fuiſſent habiti*; *at contrarium evincitur ex Antonio de Salâ in hiſtoria Ioannis Saintræi inſcriptâ Ioanni Calabriæ Duci*; *ubi per Provincias recenſet nomina nobilium, qui Ioannem Franciæ Regem, ad bellum contra Saracenos, comitari debebant anno* 1362: *hunc enim inter alios titulum profert*; Barrenſes & Lotharingos, qui ad honorandum Regis vexillum ſponte ſua ſe obtulerunt, ut ſanctiſſimæ illi pugnæ præſentes adeſſent, *Sponte ſua*, de leur gré, *ut nempe vexillo regio, officioſa duntaxat affectatione, honorem haberent Proceres Imperiales, clientelari fide Francis minime obſtricti.* Quid voluerint tres à te citati præſtare noſtrum non eſt, cum ante Sept. 19, anni 1356, *Ducem* à Ioanne Rege *creatum* ſtatuamus; Barrum ab initio *in regno* Francico *conſtrui* cœptum, exinde ſemper *Francicum*, & Campaniæ Comitum *Regni fidelium* clientelare fuiſſe, ad oculum (diſpulſis quaſcunque congeſſeras offuciis) demonſtravimus; nec tibi quicquam ex Saintræo ſubſidii, cujus mentem Aurelianenſi tua gloſſa, ſive prudens, ſive imprudens corrupiſti; quaſi vero filii, ſervi, clientes, qui ſpontaneo obſequio, patris, heri, patroni mandata præveniunt, ei minime obſtricti cenſeri debeant; ſolaque *officioſa cultus*, quem exhibere non teneantur, *affectatione*, commendandi ſint. Barrenſis & Lotharingus Ioannis Regis conſobrini, nullo expectatô mandato, anno 1362, *ad honorandum* ejus *vexillum ſponte ſua ſe obtulerunt*, an jure mandandi Rex caruit, aut regium mandatum ſubterfugere iis licuit, qui ſeſe obtulerunt? Roberti Ducis propinquitatem, jam demonſtravimus; Ioannem nunc Lotharingiæ Ducem, natura quodammodo manuducente, Ioanni Regi ſe addixiſſe oſtendamus.

Carolus Valeſiæ, Andegavorum &c. Comes, Margaretæ Siculæ maritus, A. D. 1325 Octob. 9 denatus.

Philippus VI Rex Ioannæ Burgundicæ maritus, A. D. 1350. Auguſti 22 denatus. — Margareta Guidonis de Caſtellione, Bleſenſium Comitis, A. D. 1342 denati uxor.

Ioannes Rex Bonæ Lucemburg. maritus, A. D. 1364, Aprili 8 denatus. — Ludovicus, A. D. 1346 Auguſti 27 ad Creciacum cæſus. — Carolus Dux Britan. — Maria Radulfi Lotharin. Ducis, A D. 1346, Aug. 27 ad Creciacum cæſi uxor.

Maria Roberti Ducis uxor. — Ioannes Dux, qui ſe Ioanni Regi, A. D. 1362 obtulit, A. D. 1382 deceſſit.

Sed tam fidelitatis, more Majorum debitæ, quam propinquitatis intuitu, ſeſe Regis ad nutum paratum ſtitit: Ne quis commento tuo, quô Saintræi à te laudati ſententiam evertendam ſuſcepiſti, ſeſe circumducendum tradat, hæc ad perpetuam memoriam notet. Ex Chartarum Campaniæ Regeſto, [1] *Ego Theobaldus Dux Lotharingiæ Marchio, Comes Metenſis, & Dagsburgenſis, Notum facio univerſis præſentes literas inſpecturis, quod ſuper diſcordia, quæ erat inter me ex unâ parte, & Dominam Blancham Comitiſſam Trecenſem & filium ejus ex altera, in præſentiâ Domini Regis Romanorum, & Domini Trevirenſis Archiepiſcopi, & plurium aliorum; talis pax & concordia intervenit; Videlicet quod* redii ad fidelitatem, quam debebam *dictis Comitiſſæ & filio ejus, de ſervitio ſcilicet* & juſtitiâ, *quæ prædeceſſores mei* Comitibus Campaniæ debuerant, &c. *Vt autem hæc omnia nota permaneant, & rata teneantur; literis annotata, ſigilli mei munimine roboravi, & chariſſimos Dominos meos Regem Romanorum Illuſtrem, Theodor. Trevirenſem Archiepiſcopum, Conradum Metenſem & Spirenſem Epiſcopum, ut eadem per ſuas literas confirmarent, rogavi. Actum apud Elmanciam, anno Domini* 1218, *menſe Iunio, in Calendis ejuſdem menſis.*

[1] Lothar. Geneal. prob. p. 36.

Fridericus [2] *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, univerſis præſentem paginam inſpecturis, ſalutem & omne bonum. Noverit univerſitas veſtra, quod ſuper diſcordia, quæ inter dilectos & fideles noſtros, Blancham Comitiſſam, Trecenſem & Theobaldum filium ejus, ex una parte; & Theobaldum Ducem Lotharingiæ ex altera; in noſtrâ præſentia talis pax & concordia intervenit, videlicet quod Dux Lotharingiæ* rediit ad fidelitatem, quam debebat *dictis Comitiſſæ & filio ejus, de* ſervitio *ſcilicet* & juſtitia, *quæ prædeceſſores Duces Lotharingiæ* Comitibus Campaniæ debuerunt; *conceſſit etiam, & juravit, quod nec per ipſum, nec per homines ſuos, qui ſunt homines ſui ligii, ante alios Dominos malum veniet Comitiſſæ, vel filio ejus, aut terræ eorum; nec Erardum de Brenâ, vel Philippam uxorem ejus, aut adjutores eorum juvabunt, contra prædictos Comitiſſam, & filium ejus, vel adjutores eorum. Quod ſi forte fieret, Dux Lotharingiæ teneretur emendare, & ab hominibus ſuis facere emendari, ad laudem & arbitrium* † *Odonis Ducis Burgundiæ, & Ioannis de Arceiis; infra* XL *dies poſtquam eſſet ſuper hoc requiſitus. Si vero Dux Burgundiæ decederet, vel intereſſe non poſſet; Andreas de Eſpoiſſa loco ejus intereſſet. Similiter ſi Ioannes de Arceiis decederet, vel intereſſe non poſſet; Comitiſſa vel filius ejus, alium poneret loco ipſius quemcunque vellet; Et ſi forte illi duo concordare non poſſent,* [3] *Epiſcopus Claremontenſis*

[2] ex eod. Regeſto.

† Odonis III, Odonis & Mariæ de Campaniæ, nepotis.

[3] Robertus Arvernicus, Robertus IV Comitis & Mathildis Burgundica Odone II Duce & Mariâ de Campania natæ filius.

tenſis conſtitutus eſt medius, cujus arbitrio ſtaretur ſine contradictione, de prædicta emenda facienda. Idem etiam Epiſcopus alium poneret locô dicti Andreæ quemcunque vellet, ſi Andreas decederet, vel intereſſe non poſſet. Pro hiis autem conventionibus ſic tenendis, poſuit Dux Lotharingiæ in manu Comitiſſæ, & filii ſui, feudum quod tenet de ipſo Comes Barri Ducis, & feudum quod tenet de ipſo Dominus de la Fauche, & inſuper poſuit in manu Ducis Burgundiæ Caſtrum de Chaſtenayo, tali modô, quod ſi Dux Lotharingiæ aliquo modô deficeret de emenda (ſicut dictum eſt) faciendâ, Comes Barri Ducis, & Dominus de la Fauche poſt 40 *dies, in quibus monerent Ducem de emenda facienda, venirent ad Comitiſſam & ad filium ejus aliis* 40 *diebus completis, cum feudis quæ tenent de Duce Lotharingiæ, & eos de feudis illis juvarent contra Ducem Lotharingiæ, donec Dux (ſicut dictum eſt) emendaſſet; Dux vero Burgundiæ redderet Comitiſſæ & filio ſuo prædictum caſtrum de Chaſtencyô, infra* 40 *dies poſtquam ſuper hoc requiſitus fuiſſet; & Comitiſſa, vel filius ejus, illud teneret, donec Dux Lotharingiæ de emendâ plenius ſatisfeciſſet. Quæ ut nota permaneant, & firma teneantur, præſentem chartam conſcribi juſſimus, & ſigilli noſtri munimine confirmari. Actum apud Elmanciam anno gratiæ* 1218, x *Kal. Iunii Indict.* 6.

[1] ex Loth. Geneal prob. p. 139.

Ego [1] *Matthæus Dux Lotharingiæ & Marchio, Notum facio univerſis præſentibus & futuris, quod Novum caſtrum in Lotharingia, quod de allodiô meô erat, & totam Caſtellaniam ejuſdem caſtri, cum omnibus appendiciis, quæ de meo allodio erant, recepi in* feudum & homagium *de chariſſima Domina mea Blancha Comitiſſa Trecenſi, & de chariſſimo Domino meô Theobaldô, Comite Campaniæ, nato ejus, in augmentum* feudi, quod de ipſis tenebam; *& eis juravi bona fide, & ſine malô ingenio, quod quandocunque, & quotieſcunque fuero requiſitus ab ipſis, vel ex parte ipſorum, tradam eis, vel eorum mandato, dictum caſtrum; forteritiam videlicet, & Burgum, ut ipſi ponant de ſuis gentibus ad voluntatem ſuam &c. Hæc eadem juramenta, & eaſdem conventiones tenentur facere, & obſervare ad invicem, hæredes prædictorum Comitiſſæ & Comitis, qui erunt Comites Campaniæ, & hæredes mei, qui Novum Caſtrum tenebunt; Quæ ut nota permaneant, & firma teneantur literis annotata, ſigilli mei munimine roboravi. Actum anno ab Incarn. Domini* 1220 *menſe Iulio* 3 *Kal. Auguſti.*

Ex rationalium Pariſ. regeſto 103, numero 282. *Ge Thiebauz de Champagne & de Brie, Cuenz Palazinz, fas cognoſſant a tous ceulx qui ces lettres verront, & orront; que ge ay promis, & creantes as Borgis de Nueſchaſtel, qui eſt* de mon fié, *que ge ferai tenir & garder, mon Couſin &* mon hom, *Matthieu Duc de Loherreyne, & Marchis, teil convenant comme il a creantes, & jurei as Borgis del Nueſchaſtel* &c. *& en teſmoignage de veritei, ai ge fait ces lettres ſceilleer de mon ſeil, l'an que li milliaires coroit par* 1200 *&* 31.

Ego Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus, Notum facio omnibus, quod creantavi, & promiſi univerſitati Burgenſium Communitatis Novi caſtri, quod ſi dilectus & fidelis *cognatus meus Matthæus Dux Lotharingiæ, & Marchio, vel aliquis ſuorum, vel etiam alius, per mandatum ſuum, manum mitteret in ipſos, vel in aliquem ipſorum, pro capiendo, vel captum teneret; niſi juſtitia exigente, & per judicium villæ, hoc faceret; ego infra* 40 *dies, poſtquam à dicta Communitate Novicaſtri eſſem ſubmonitus, quemlibet ita dictæ villæ facere deliberare tenerer, niſi dictus fidelis, conſanguineus meus Dux Lotharingiæ & Marchio ipſum deliberaret. In hujus autem rei teſtimonium, ſigillum*

meum

meum præſenti paginæ feci appendi. Datum in craſtinô S. Remigii annô 1231.

Nos Thiebaud par la grace de Diex Rois de Navarre, de Champagne & de Brie Cuens Palazins, faiſons conoiſſant a tos cels qui ces lettres verront, & orront, comme nos a la requeſte Ferry Duc de Lorregne, & Marchis, noſtre frere, & noſtre feal, *avons promis & creanté por nos & por nos hoirs, qui ſeront Segnors de Champagne, as Borjors dou Neufchaſtel, qui eſt* de noſtre fié &c. *faittes le Venredi prochien apres l'apparition noſtre Segnor, en l'an que li miliaires couroit par* 1256 *ou mois de Ianvier.*

Ge Ferris Dues de Loherregne & Marchis, fas ſçavoir a tous ciaulx qui ces preſentes lettres verront, que com mes chiers Sires *Thibault par la grace de Diex Rois de Navarre, de Champagne & de Brie Cuens Palazins, ait donné pooir a ſon amé & foial, & mien Renauld de Bar Chevalier, de repenre vint livrees de la terre qu'il tient de ly a Sormery, de moy, ſoit que la terre ſiée en cens* &c. *Ge toutes ces choſes devant dittes, voil, lo, & otroy, & an baille ces preſentes lettres ſeelées de mon ſeel a devant diz Rois, en teſmoignance & en fermeté de ces choſes; ce fu fait a Paris le Mardy, jour de la feſte S. Matthieu Apoſtle & Euangeliſte en l'an de grace* 1200 *&* 60.

Ex [1] teſtamento Friderici IV Ducis. *Se nul de nos hoirs, fuit Duc, ou freires, ou ſuers, ou autres pour eals, aloit ou venoit par ſa force, ou par plait, ou en autre maniere contre les noms & aſſignement, que nous avons fait audit Aubert, nous en oblijons par cet preſent Teſtament, & mettons en la puiſſance & en la Seignorie de treshault & tresexcellent Prince*, noſtre treschier Seigneur *Loys par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, pour le faire tenir, toute noſtre* terre que nous tenons de ly en fief & hommage, &c. [2] *ſupplions & requerons a treshaut & tresexcellent Prince* noſtre trescher Seignour, *Loys par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, que il veuille mettre ſon ſeel en cet preſent Teſtament, avec le noſtre ſaiel, & que les choſes deſſus dittes, en tant qu'elles ly touchent, ou puent toucher, veille faire tenir, ſi comme deſſus eſt dit, comme* Sires &c. *Nos autem ad ſupplicationem dicti Ducis, prædicta omnia & ſingula rata habentes & grata, ea volumus* &c. *Actum Pariſius anno Domini* 1315 *menſe Septembris.*

[1] p. 157.
[2] p. 158.

Ex Chron. MS. [3] *La quarte bataille mena le Conneſtable de France Gauchier de Chaſtillon, & avoit* 8 *bannieres; la cinquieme fut du Roy qui contenoit* 39 *bannieres, & eſtoit le Roy armé de ſes pleines armes; & eſtoyent en bataille le Roy de Navarre, le Duc de Lorraine, & le Comte de Bar.*

[3] A.D. 1314.

Ex pactô pacis inter Rudolfum Lothar. Ducem & Henricum Barri Comitem, [4] *Philippe par la grace de Dieu Roy de France; Scavoir faiſons, que ſur ce que noſtre amé Couſin le Roy de Boheme pour le Duc de Loheraine, & noſtre amé conſeiller le Seigneur de Ioinville pour le Comte de Bar, nos améz* & feals *neveux &c. voulons & ordenons que leſdits Duc & Comte ſe obligent par devers nous, par leurs lettres bonnes & officiales, par obligation de tous* les fiés qu'ils tiennent de nous, *& de tous leurs autres biens*, &c. *En ce teſmoignage de ceu nous avons fait mettre noſtre ſeel en ces preſentes lettres, données a Poiſſy le* 15 *jour de Iuin, l'an de grace* 1338. *& comme par la teneur des lettres, & l'ordonnance de* noſtre treschier Seignour *le Roy, deſſus tranſcriptes; nous ſoyons tenus* &c. *en la maniere qu'il eſt contenu es lettres du Roy* no Seignour, *dont li teneur eſt deſſus eſcrite* &c. *en la main & ordenance dudit Roy de France* noſtre

[4] p. 163.

Seignour &c. *ſe leſdits quatre Chevaliers n'avient envoyé, en la main doudit Roy* no Seignour, *leſdits debats, & deſcors, dedans ledit jour de Noel; lidit Roy* no Seignour *en ordeneroit, a la requeſte de la partie qui l'en requerroit, ainſy qu'il ly ſambleroit bon*, &c. *avons promis* &c. *faire rendre & delivrer en la main de* noſtre dit Seignour *le Roy de France, a ſa volentei* &c. *juſques au jour & ordenance que li Roy* no Seignour *en a faitte; & pour ce faire, obligeons & ſoubmettons a noſtre dit* Seignour *li Roy, tous les fiéz que nous tenons de* luy &c. *en laditte paix qui a eſté faitte & ordenée par le Roy de France* no Seignour, &c. *En teſmoignage de veritei, & pour ſe que ferme choſe ſoit, & eſtable; nous avons fait ſceller ces preſentes lettres, de noſtre grand ſeel, que furent l'an de grace* 1338 *le Lundy devant la Magdeleine.* Ex Froſſardi vol. 1. c. 130. *Le Comte Louis de Blois neveu du Roy de France, & le Duc de Lorraine ſerourge d'iceluy Comte, avec leurs gens & leurs bannieres ſe combattirent moult fort, mais ils furent enclos d'une routte d'Anglois & Gallois, & furent occis.*

[1] p. 167. *Ioannes*[1] *Dei gratia Francorum Rex; Notum facimus univerſis præſentibus & futuris; quod cum dilectus &* fidelis *conſanguineus noſter, Ioannes Dux Lotharingiæ ætatem legitimam non attingat*, &c. *eidem Duci de* ſpeciali gratia, de recta ſcientia, & de plenitudine Regiæ poteſtatis, veniam ætatis plene concedimus, ipſum habilitamus, habilemque facimus, & reddimus, *ad univerſale regimen terræ ſuæ*, &c. *dictum* ætatis defectum ſupplemus, & diſpenſamus *ſuper hoc cum eodem*, de gratia, auctoritate, & poteſtate *prædictis*, &c. *Datum Lexoviæ, anno Domini* 1354 *die* 14 *menſis Decembris.*

[2] p. 167. Ex rational. Pariſ. regeſto.[2] *Nous Iean Duc de Lorraine, & Marchis, faiſons ſcavoir a tous, que nous avons reconu & reconoiſſons, pour nous & nos ſucceſſeurs Ducs de Loherene, tenir* en fié & en hommage, *de tresexcellent & trespuiſſant Prince, le Roy de France noſtre Sire, ou nom de li, & de ſes ſucceſſeurs Rois de France, noſtre Chaſtel de Paſſavant, avec toute la Chaſtellerie d'iceluy; & des maintenant l'avens repris, & en ſommes devenus ſon homme, & ly* avons fait hommage, &c. *Donné a Paris le* 28 *jour de Septembre l'an de grace* 1367.

[3] p. 173. *Charles*[3] *par la grace de Dieu Roy de France; Scavoir faiſons a tous preſens & advenir, nous avoir oye la* ſupplication de noſtre treschier & feal Couſin *Charles Duc de Lorraine, Marchis, contenant* &c. *pour leſquels cas deſſus dits, noſtre Procureur general a fait convenir, & appeller iceluy noſtre Couſin, a comparoir perſonnellement en noſtre Cour de Parlement, & avec ce fait mettre en noſtre main* toute la terre que noſtre dit Couſin tient de nous; *& en laquelle noſtre main*, laditte terre eſt encore detenue, &c. *A iceluy noſtre Couſin le Duc de Lorraine, ſon dit Baillif, ſes complices, & chacun deulx*, de noſtre auctorité Royale, certaine ſcience, & grace eſpecial, *avons* quitté, remis, & pardonné; quittons, remettons, & pardonnons *par ces preſentes, tout ledit fait, ou cas deſſuſdit, avec toute peine, amende, & offenſe, corporelle, criminelle, & civile, en quoy eulx & chacun d'eulx ſont, & peuvent eſtre, pour ce* encourus envers nous & Iuſtice, &c. *ſatisfaction faitte a partie premierement, & avant tout œuvre, a l'arbitrage dudit Baillif de Chaumont, ſe ſa n'eſt faitte*, &c. *Donné a Paris, ou mois de Decembre l'an de grace* 1397 *& le* 18 *de noſtre Regne. Par le Roy en ſon conſeil, auquel Meſſieurs les Ducs de Berry, de Bourgoigne, & d'Orleans, avec les Eveſques de Bayeux, de Noyon & d'Auxerre, & pluſieurs autres eſtoyent. I. Bertaut.*

Charles

Charles [1] *par la grace de Dieu Roy de France ; Scavoir faiſons a tous preſens* & *a venir, Nous avoir reçeu l'humble ſupplication de noſtre treſcher & amé Couſin, Charles Duc de Lorraine & Marchis*, &c. *contenant que comme ſous ombre & pour occaſion de ce que Colard Belpignié, Colart Foret, & Henry Colinet de Neufchaſtel, pour eux, & pour le bien publique de laditte ville de Neufchaſtel, & comme ils diſoyent, & noſtre Procureur adjoint avec eux, nous ont expoſé, que les villes, Chaſteaux, terres*, de Neufchaſtel, de Chaſtenoy, Frouart, Grant, & Montfort, *& plusieurs villes, qui en dependent tant en domaine comme en fief, eſtoyent & ſont* du Royaume de France, de la Comté de Champagne, *ſubgies* en fief & en reſſort de laditte Comté & Royaume. *Que a cauſe de ce ledit Duc de Lorraine nous a fait* foy & hommage, *& en eſt* noſtre liege; *& que les fiefs du Comté de Champagne ſont de telle condition, que le vaſſal eſt tenu de bailler, & mettre en la main du Seigneur feodal, ſes Chaſteaux & villes fermées toutes fois qu'il en eſt par luy requis : autrement elles ſont acquiſes au Seigneur feodal, & les peut appliquer a ſon demaine; & auſſy que le Duc de Lorraine par convenance eſpecial faitte par ſes predeceſſeurs eſt tenus de ce faire, meſmement au regard du Neufchaſtel*, &c. *laditte terre de Neufchaſtel fut miſe en noſtre main, & ledit Duc Iean* adjourné en noſtre Cour de Parlement, *où il fut tant procedé, que par arreſt de la ditte Cour, pour les habitans* &c. *lequel arreſt avoit eſté executé par un de nos Conſeillers a ce commis* &c. [2] *Pour leſquels cas le grand Maiſtre de noſtre hoſtel, & l'Admiral de France, qui lors eſtoyent furent envoyéz a puiſſance de gens d'armes contre noſtre dit Couſin, & que finalement certain appointement avoit eſté fait l'an* 1406, *par lequel noſtre dit Couſin avoit promis de* comparoir en perſonne devant nous &c. *pour leſquelles choſes tenir, il avoit ſoubsmis & obligé* tout ce qu'il tenoit de nous, *& en eſpecial*, les Chaſteaux, Villes, & Chaſtellenies dudit Neufchaſtel, & de Chaſtenoy *avec leurs appartenances, & les avoit mis* es mains de certains Commis de par nous *avec ledit Chaſtel du Chaſtenoy, pour* iceux gouverner ſous noſtre main juſqu'a ce que par nous en fuſt autrement ordené, *& avoit promis comparoir par* devant nous *dedans ledit jour, ſur peine d'eſtre attaint & convaincu des cas deſſus dits dont il eſtoit chargié; & que neantmoins* &c. [3] *Pour leſquels cas leſdits ſupplians, avoyent eſte* adjournéz en noſtre Cour de Parlement, *c'eſt a ſcavoir* ledit Duc a comparoir perſonnellement, *& les autres a peine de banniſſement*, &c. [4] *avoit eſté dit par Arreſt de noſtre ditte Cour, qu'elle tenoit & tient leſdits ſupplians & chacun d'eulx* convaincus & attaints &c. *par vertu duquel arreſt, & de l'execution d'iceluy laditte ville de* Neufchaſtel, & generalement toutes les autres terres, poſſeſſions & revenus que ledit Duc, & les autres ſupplians deſſus nomméz avoyent, & tenoyent de nous, tant en fief, comme en arrierefiefs, *en dit avoir eſté priſes & miſes* en noſtre main, *& tellement ſont empechées que leſdits ſupplians n'en peuvent jouir ne uſer, ne des fruits & revenus d'icelles. Et depuis ſe ſoit trait ledit Duc par devers nous, & nous ait* humblement ſupplié & requis, *que attendu pluſieurs grans & notables ſervices a nous, & a nos predeceſſeurs faits & rendus par ſes predeceſſeurs, & par luy meſmes auſſy en nos guerres & ailleurs, & meſmement en celle par nous dernierement faitte devant Bourges, que ſur ce luy vouillions* impartir noſtre grace, &c. *A notre dit Couſin & autres ſupplians deſſus nomméz & a chacun d'eux, pour amour & contemplation d'aucuns grans Sei-*

[1] p. 174.
[2] p. 176.
[3] p. 178.
[4] p. 179.

gneurs de noſtra ſang & lignage, qui de ce nous ont pluſieurs fois ſupplié & requis, avons quitté, remis, *& par ces preſentes, de noſtre* grace eſpeciale, pleine puiſſance, & auctorite Royalé, quittons, remettons & pardonnons *les cas, offenſes, maleſices, & ban deſſuſdit* &c. *Donné a Paris ou mois de Fevrier, l'an de grace* 1412, *& de noſtre regne le* 33. *Par le Roy eu ſon grand conſeil, auquel Monſeigneur le Duc de Bourgongne, Loys Duc de Bavieres* &c. *eſtoyent. G. Barrau.*

Tunc iis, quos, vel ex Germaniæ Regis publicâ teſtificatione, Campaniæ Comitum, ac exinde Regum clientes, *hominii* Sacramento obſtrictos fuiſſe conſtat; quibuſque, ut *ætatis*, ſic *delictorum* venia à Regibus noſtris data eſt, ut militarent imperari potuiſſe negaveris? ſed nunquam ſorte imperatum eſt; imo imperari conſueviſſe oſtendit [1] ex *Baronum ad* 25 *diem Auguſti anni* 1352, *ut Regi ſervirent vocatorum Rotulo* veteri, à Cheſneo editum excerptum, *La Ducheſſe de Lorraine* C *hommes d'armes. La Conteſſe de Bar* C *hommes d'armes. Monſieur Thiebaut de Bar, Sire de Parpont* XX *hommes d'armes. Monſieur Henry de Bar*, XX *hommes d'armes.* Cum in acie ad Creciacum A. D. 1346 pro Rege & Regno pugnans cecidiſſet Dux Rudolfus, annoque præcedenti vivere Henricus Barri Comes deſiiſſet, Maria & Yolendis à defunctis relictæ, ob ſuſceptam liberorum impuberum tutelam, & devolutæ ad eos hæreditatis curam, ſuo per ſe nomine ad opem Regno ferendam vocatæ ſunt, quodque Ioannes Dux, & Robertus Comes pueri præſtare nondum poterant, eorum matres reipſa præſtitere; quid eſt quod te nugarum tuarum luto miſere intricatum ulterius hærere cogat? Ad 3 tuum argutamentum accedamus.

[1] Hiſt. Barr. prob. p. 67.

[2] *Quotieſcunque* (inquis) *priſci Francorum Reges Comitatum aliquem, ſeu amplam Regni ſui ditionem Ducatus titulo decorarunt, honorem honori ſuperaddentes munus Pariatus Ducatui adjungere ſoliti ſunt*; falleris (Chiffleti) nec quid in *priſcorum Regum* more poſitum, quidque *pariatus* initio fuerit, capere videris. Nam 1. Rex Francorum ante Capetum nullus, *Ducatum* uſpiam, aut *Comitatum* patrimonialem agnovit. 2. Capetinorum Regum, ſub quibus *Ducatus* & *Comitatus*, patrimoniales facti, *functiones* eſſe deſierunt, & *ditiones* ſignificare cœperunt, nemo Comitatus in Ducatus ante Philippum VI mutavit; qui annô 1344 Philippum ſecundogenitum, *Aurelianorum*, non *Comitem* majorum more, ſed *Ducem* (inauditô antea titulô) ſalutavit; paterno exemplo Rex Ioannes annô 1354, vel ſequente, Roberto Barri Comiti Ducalem honorem impertivit; & 1360 menſe Octobri Andegavorum, & Biturigum Comitatus, in Ludovici & Ioannis filiorum, gratiam, ad Ducalem dignitatem erexit. 3. *Pariatus* non proprie *muneris*, ſed *prærogativæ* nomen fuit. 4. ſi quod *Parium* munus fuit, eis non per ſe, qua *Pares* erant, ſed aliunde ex accidenti convenit. 5. *Pariatus* abſoluta nunquam fuit, ſed relativa tantum ex aliorum comparatione nata prærogativa, cum nemo abſolute & ſolus, ſed cum aliis in eodem gradu conſtitutis, eorumque reſpectu *par*, vel *impar*, dici poſſit. 5. ut *Par* nemo ſolus, ſed in ordine ad alios ἰσότιμος dicitur, ſic nemini Paris nudum nomen competit, ſed cum adjectione ditionis, in qua plures communi prærogativâ ex æquo gauderent; Hinc *regni*, vel *Ducatus*, vel *Comitatus* Pares dicti ſunt, qui ſub *Rege*, vel *Duce*, vel *Comite* paſſibus æquis, eique dignitate proximi inceſſere; ſic in Campaniæ Comitatu, ſolô Comite minores, reliquis vero Campanis Majores ſeptem, *Campaniæ Pares*, utpote ex

[2] Comm. Loth. p. 15.

æquo

æquo Comites, & in ejuſdem dignitatis apice conſtituti, Ioviniacenſis, Regiſtetenſis, Brennenſis, Rociacenſis, Branenſis, Barrenſis ad Sequanam, & Granpratenſis dicti ſunt; Hannoniæ 12, quorum(ceu Comitis παρέδρων)hæc præcipua prærogativa fuit, quod de eorum capite (niſi in *Comparium* collegio) ſtatuere nefas crederetur; qui jure contenderet coram eorum *Paribus* ſe ſiſtere, eoſque judices experiri cogeretur.

6. *Barones* qui proprie *Regni* (quaſi Regi immediate ſubjecti) dicebantur, hoc ipſo quod uni Regi fidelitatis ſacramento obnoxii erant, ipſi in Conſiſtorio aſſidebant; in quo nihil niſi cum ipſis decerni ſolebat, ab ejuſdem ordinis viris judicabantur; ut ut alii aliis latius dominarentur, *Pares regni* videri poterant; ſed Ludovicus VII anno 1179, Novembris 1, novum inter eos diſcrimen induxit, ſelectis 12 præcipuis, qui Philippo filio in coronationis ſolenni miniſtrarent; ii autem omnes (ſi forte Noviomenſem, cujus mihi uſque nunc ignota gens, excipias) Regis novi, vel ſanguine, vel affinitate proximi fuere, prout ex ſubjecta tabula manifeſtum fiet.

Robertus Rex Conſtantiæ Arelaten. maritus, A. D. 1031 denatus.

- Henricus Rex Annæ Ruſſicæ maritus prior, A.D. 1060 denatus.
  - Philippus I Rex Bertæ Holland. maritus, A. D. 1108 denatus.
    - Ludovicus VI Rex Adelhaidis Maurian. maritus prior, A. D. 1137 denatus.
      - Ludovicus VII Rex Alienordis Aquit, ac exinde Conſtantię Caſtellæ, & Adelæ Campan. maritus, A..D. 1180 denatus.
        - 1 nupt. Maria Henrici I Campan. Comitis cum Guillelmo Archiep. fratre, A. D. 1179 Paris inſtituti uxor. I. II.
        - Adelhais Theobaldi Carnut. Comitis uxor.
        - 2 nupt. Margareta Henrici Norman. Ducis A. D. 1179 Paris inſtituti uxor.
        - 3 nupt. Philippus II Auguſtus cujus occaſione Pares ſelecti Elizabethæ Hann. marit.
        - Adela Richardi Aquitaniæ Ducis, A. D. 1179 Paris inſtituti ſponſa.
      - RobertusDrocarum Comes.
      - Petrus Curtin. Dynaſta. quorum neuter (cum Campan. Comitis Vaſſallus eſſet) Par eſſe potuit.
      - Conſtantia Raimundi V Toloſæ Comitis an. 1179 Paris inſtituti uxor. V.
  - Hugo Veromanduorum & Valenſium Comes, cujus maſcula progenies ante A. D. 1160 defecit.
- Robertus Burgund. Dux Heliæ de Sine muro maritus circa A. D. 1375 denatus.
  - Henricus Sibyllæ Burgundiæ maritus ante patrem denatus.
    - Odo I Matthildis Burgundicæ maritus, A. D. 1102 denatus.
      - Hugo II Matthildis de Torena maritus, A. D. 1142 denatus.
        - Odo II Marię de Campan. Henrici Comitis, Guillelmi Archiepiſc. & Adelæ Reginæ ſororis maritus.
          - Hugo III, A. D. 1179 Par inſtitutus. III.
        - Gualterus Lingonū Epiſc. & Comes, A. D. 1179 Par inſtitutus. IV.
  - Aldeardis Guillelmi VII Aquitaniæ Ducis uxor.
    - Guillelmus VIII Philippæ Toboſ. maritus.
      - Guillelmus IX Aanordis de Caſtro Airaldi maritus.
        - Alienor Ludovici VII Franc. ac exinde Henrici II Angliæ Regis uxor.
          - 1 nupt. Maria Henrici I Camp. Comitis, uxor.
          - Adelhais Theobaldi Carn. Comitis uxor.
          - 2 nupt. Henricus Norman. DuxMargaretæ maritus, an. 1179 Par inſtitutus. VI.
          - Richardus Aquitan. Dux Adelæ ſponſus, an. 1179 Par inſtitutus. VII.
- Adela Balduini V Flandriæ Comitis uxor.
  - Balduinus VI Richildis Hann. marit.
    - Balduinus Hann. Comes Idæ Lovani marit.
      - Balduinus II Hann. Yolendis Geldr. marit.
        - Balduinus III Adelheidis Námurcicæ maritus.
          - Balduinus IV Margaretæ Flandricæ maritus.
            - Elizabeth Philippi II (cujus occaſione Pares inſtituti) uxor prima, Rogeri Landunenſis conſobrina.
  - Robertus Friſio Gertrudis Saxonicæ marit. poſterior.
    - GertrudisTheoderici Lotharingiæ Ducis uxor.
      - Simon I Dux.
      - Theodoricus Flandr. Comes Sibylæ Andeg. marit.
        - Philippus Flandriæ Comes, Philippi II Regis ex baptiſmo ſuſceptor, Elizabethæ Reginæ avunculus, an. 1179 Par inſtitutus. VIII.
        - Margareta Balduini IV uxor Elizabethæ Reginę parēs.

 Hinc

Hinc apparet Philippi Regis affines & propinquos octo, *Regni Pares* inſtitutos fuiſſe; acceſſere Philippus Bellovacorum Epiſcopus, Philippi Regis patruelis, Rotrocus Catalaunenſis ejuſdem conſobrinus, & Rogerus Laudunenſis Elizabethæ Reginæ conſobrinus, prout ex ſubjectis tabellis liquet.

Ludovicus VI.
- Ludovicus VII.
  - Philippus Rex.
- Robertus Drocarum Comes, Agnetis de Brana maritus.
  - Philippus Bellovac. Epiſcopus, Philippi Regis patruelis, A.D. 1179 *Par* inſtitutus.

Theobaldus Magnus Campaniæ & Carnutum Comes Matthildis Carinthiacæ maritus.
- Henricus I Campan. Comes, Ludovici & Philippi Regum affinis, A.D. 1179 Regni *Par* inſtitutus.
- Guillelmus Rhemorum Archiepiſc. & Comes Regum affinis, an. 1179 Regni *Par* inſtitutus.
- Maria Odonis II Burgundiæ Ducis uxor.
  - Hugo III Philippi Regis conſobrinus, A. D. 1179 Par inſtitutus.
- Matthildis Rotroci III Pertic. Comitis uxor.
  - Rotrocus Catalaun. Epiſcopus & Comes Regis conſobrinus, A. D. 1179 Par inſtitutus.
- Adela Ludovici VII Regis uxor 3.
  - Philippus Rex cujus occaſione Parium 12 Collegium inſtitutum.
  - Adela Richardi Aquit. Ducis Regni Paris ſponſa.

Godefridus Namurci Comes Sibyllæ Porcenſis, ac exinde Ermeſindis Namurcicæ maritus.
- 1 *nupt.* Iſabella Rogeri de Roſeto uxor.
  - Rogerus Lauduni Epiſcopus & Dux, A. D. 1179 Regni Par inſtitutus.
- 2 *nupt.* Aelis Balduini III Hannon. uxor.
  - Balduinus IV Margaretæ Flandr. maritus.
    - Elizabeth Regina.

Ad ſenarium *Parium Eccleſiaſticorum* numerum implendum, prioribus Regis propinquis additus Rainaldus Noviomenſis Epiſcopus, Civitatis ſuæ Domini temporalis; eaque rurſum de cauſa factum videtur, ut præ reliquis regni Prælatis ſeligerentur omnes, quod ob temporale Dominiũ *Regni* jam *Barones* eſſent; Catalaunenſis enim Comitatus Epiſcopatui à Carolo *Simplice*, Bovoni Friderunæ uxoris germano gratificaturo circa annum 912 unitus fuerat. Remenſem anno 942 Artaldo Archiepiſcopo, Laudunenſem circa 950 Ririconi fratri naturali, & ſucceſſoribus donaverat Ludovicus *Transmarinus*; Noviomenſem circa 977 Liudulfo Gerbergæ ſororis uterinæ filio conceſſerat Lotharius. Bellovacenſem anno 1015 ab Odone Campaniæ Comite germano ſibi & Eccleſiæ comparaverat Rogerius Epiſcopus. Lingonenſem cujus jam regalia A. D. 887 Ianuarii 15, Geiloni Epiſcopo à Carolo *Craſſo* donata fuerant, ab Hugone III Burg. Duce fratris filio anno 1178 acceperat Gualterus Epiſcopus. Vt autem Prælatorum & laïcorum Comparium quædam exæquatio fieret, Remenſi totius collegii Decano, ut & Laudunenſi, & Lingonenſi Ducalis titulus attributus, reliquis Comitalis relictus eſt. factoque initiô à Ludovico VII, eos ad Regiæ coronationis ſolenne congregandi more, nunquam poſtea deſitum; imo ubi Burgundiæ, Normanniæ & Aquitaniæ Ducatus, cum Campaniæ & Toloſæ Comitatibus coronæ uniti ſunt, avulſaque à regni corpore Flandria eſt, ſubſtituti qui Burgundum, Normannum, Aquitanum, Campanum, Toloſanum & Flandrum, ex allectorum poſtea Parium numero ad Regis nutum repræſentarent.

7. Ubi præ reliquis *Regni Baronibus* ſelecta à Ludovico VII Dodecas, *Pariatus* ſibi prærogativam vindicavit, alii paulatim ad celſius illud faſtigium aſſurgere cœperunt: anno 1297 Carolum germanum, & Robertum II Atrebatem patruelem Philippus *Pulcher*: anno 1317 Carolum germanum Philippus *longus*: anno 1359 Ioannem germanum, Carolus Delfinus, *Regni Pares* ſalutavere. nemo tamen eorum aſſignatæ ditionis titulum mutavit, ſed antiquo

antiquo Comitatus nomine ſervato, Carolus Valeſius Andegavorum, Rober- Lebreti 1556
tus Attrebatum, Carolus *Pulcher* Marchiæ, Ioannes Matiſconis Comes, ex Decemb.
veteris moris præſcripto, dictus eſt; nec in *Ducem* (ſimulac *Par* factus eſt) ex Longævillæ
iis quiſquam tranſiit: aliis poſtea ſimplex *Ducatus*, aliis duplex *Ducatus*, cum 1505 Majo.
Pariatu titulus, prout Regibus placuerat, tributus eſt; nec in hanc uſque diem Stamparum
Pariatus *Ducatui*, individuo nexu cohæret; ut *Ducem* fieri, qui *Par* creatur, 153 Ianu.
aut *Parem* ſalutari (qui *Dux* pronunciatur) neceſſe ſit; ſuperſunt enim *Duca-* Stutavillæ
tus nondum ad *Pariatus* dignitatem evecti, ut Lebreti, Longævillæ, Stam- 1534 Aug.
parum, Belliprati, Stutavillæ, Ratumnæ, &c. aliis, ut Thoarſenſi, Ventado- Ratumnæ
rio &c. cum antea deeſſet, poſtmodum addita eſt; Thoarſio anno 1599, De- 156 Nov.
cembris 7; Ventadorio vero anno 1594, Ianuarii 24. Airaldi Caſtro ablato Thoarſii
Pariatus πρoνομίῳ, *Ducatus* nomen manſit: nonnullis *Paribus* poſt A.D. 1500, 1563 Iul. 9.
imo poſt 1600, ut Ludovico I Principi Condæo, Carolo Sueſſionum Comiti Ventadorii
filio, & Ludovico nepoti Ducale nomen defuit. Ex quibus omnibus confi- 1578 Febr.
citur, te juris noſtri imperitiſſimum, [1] *neque quæ loquaris, neque de quibus* [1] 1. Tim. 1. 7.
affirmes intelligere; ut inſcitiam tuam (ſoricis, qui indicio ſuo perit, inſtar) ma-
gis ac magis prodas, [2] hæc addis; *Britanniam gemina illa* Ducatus & Pariatus [2] Hiſt Droc. prob. p. 326.
dignitate auxit Rex Philippus Pulcher, Aureliam Philippus Valeſius. utrobique
enim falleris; Britanniæ Duces annis (antequam *Pariatus* dignitate augeren-
tur) fere centum dicti ſunt, Petrus Alaidis Guidone de Thoarſio & Conſtan-
tia Duce natæ maritus, Charta pro monaſterio Charmenſi; *Ego Petrus Dux*
Britanniæ & Comes Richemontis &c. *Actum anno* 1215. Ex monumentorum
Campaniæ Regeſto, [3] *Ego Petrus Dux Britanniæ, Comes Richemontis, & ego* [3] p. 330.
Ioannes filius ejus, &c. *Actum apud Caſtrum Theodorici, anno* 1235. Ex alio
Regeſto. [4] *Conventiones matrimonii inter Ioannem filium Petri Ducis Britan-* [4] p. 331.
niæ, & Domicellam Blancham, &c. *die Mercurii poſt feſtum S. Hilarii, anno*
1235. Item, *Petrus Dux Britanniæ Comes Richemondiæ tenetur Theobaldo*
Regi Navarræ dare literas plegiorum, &c. *anno* 1235, *die Mercurii poſt feſtum*
S. Hilarii: Item, *Ioannes filius Petri Ducis Britanniæ, dotat Blancham.* Ex inven-
tario Nannetibus aſſervato. *Lettres de Thibaud Roy de Navarre, Comte de*
Champagne & de Brie, contenans commandement, & commiſſion, a Iaques de
Chaſteaugonthier, de faire faire a Iean Duc de Bretagne, mary de Blanche ſa fille,
l'hommage qu'il devoit au Roy de Navarre, a cauſe du Comté du Perche, lequel
avec les fiefs en dependans il avoit donné en mariage a ladite Blanche; en Iuin
l'an 1238. Ex Archivô Regio. *Excellentiſſimo Domino ſuo, Ludovico, Dei gra-*
tia, illuſtri Regi Francorum, Ioannes Dux Britanniæ, Comes Richemundiæ, Salu-
tem, & ſe ad ejus beneplacitum proparatum &c. *Datum die Mercurii poſt feſtum*
Pentecoſtes, anno Domini 1256. Hujus filius Ioannes II, diplomate *Curtraci*
A. D. 1297, *menſe Septembri*, à Philippo Pulchro dato, *Parium* collegio alle-
ctus, novam non *Ducis*, quâ pater avuſque inſignes fuerant, ſed *Paris* dignita-
tem conſecutus eſt; Philippus vero Philippi Valeſii ſecundogenitus, *Dux*
A. D. 1344 creatus, & 1347 confirmatus; nullibi vel a Regibus, patre, germa-
no, nepote; vel à ſe, vel à coætaneis, & ſupparibus, *Paris* titulo honeſtatus
reperitur, tu ſolus (cui quod libet, licet) & Britanno, quod jam à Majoribus
habebat; & Aurelianenſi, quod nunquam habuit, datum tam ridicule fingere
potuiſti; quam falſo à Ludovicô XI, Nemoroſii *Ducatum* & *Pariatum* inſti-
tutum fuiſſe ſomniaſti; Ducatus enim ille cum *Pariatus* dignitate anno 1404

vero ab Annalium ſcriptoribus, etiam accuratiſſimis, omiſſa quotidie queri-
mur? quam ſæpe in maximi momenti rebus jejuni & fere muti reperiuntur?
quis Electorum Germanicorum inſtitutionem primam, quæ regno novam
formam datura erat, ex verô retulit? quis de vera *Parium* Francicorum origi-
ne, Attrebatumque, Andium, & Marchiæ *Pariatu*, vel apiculum Annalibus
indidit? ſuperſunt (inquies) in Archivo Regio monumenta, quæ tres illos Pa-
riatus à Regibus inſtitutos doceant, verumque inſtitutionis tempus indi-
cent; fuere etiam, quæ Barrenſem Ducatum, à Ioanne Rege creatum, Gua-
guino & aliis fidem facerent; imo uſque nunc ſupereſſent, niſi inſana Fran-
cicas partes deſerendi, & in Germanicas inclinandi libido (factioſorum ne-
ſcio quot Lotharingorum mente corrupta) ea deſtinato, ſed inexcuſabili con-
ſilio, aboleviſſet: qui nulla Caroli IV monumenta habent, ex quibus eum
Barrenſis Ducatus inſtitutorem fuiſſe legitime colligere liceat, quâ fiducia
à nobis Ioannis Regis, quæ de medio ſcelere ſuo ſuſtulere, diplomata exi-
gunt? *Apud Germanos, Barrenſes, & Lotharingos conſtantem eſſe* vis, & *à Majo-
ribus acceptam traditionem, Robertum Barri Comitem à Carolo* IV *Imp. Ducem
fuiſſe creatum*, ſed *traditionem* illam (quanta quanta eſt poſt ductam in Lotha-
ringicam Domum Chriſtinam Danicam, partibuſque Auſtriacis, quibus ori-
ginem maternam debebat, datum nomen) ortam, momentoque à Majorum
deſertoribus diſſeminatam, ſciens prudens diſſimulas, ut in Roſerii (cujus in-
fame apud noſtrates nomen) laudes deſinas; an quia furciferos falſi ore pro-
prio damnatos amas? tu enim ex Tomo ejus 6, cap. 9, ſequentia falſa & con-
tradictoria exultabundus depromis; *Certo certius eſt* Barrenſem Ducatum à
noſtris Principibus ſupremo jure ſemper *detentum fuiſſe, & à Cæſaribus in-
concuſſe moviſſe.* Atqui *certo certius eſt* impoſtorem Gemoniarum uncis di-
gniſſimum, prolatis ex Archivô Regum noſtrorum monumentis, Barrenſium
ipſorum factis, apertaque eorundem confeſſione, perſpicue refelli: ſi enim
ditionem ſuam ad *Senonenſe* prætorium *ab antiquo reſſortiri*; Campaniæ Co-
mitibus, ac exinde Regibus, à quibus *veniam ætatis*, quandocunque opus eſſet,
poſcerent, obnoxiam fuiſſe ſponte ſua agnoverunt; annon hoc ipſo impu-
dentis mendacii nebulonem, qui eos *ſupremo jure* ſua *detinuiſſe*; *& à Cæſari-
bus*, à quibus tale nihil vel expectaſſe, vel expetiiſſe noſcuntur, *inconcuſſe mo-
viſſe*, tam falſo quam improbabiliter commentus eſt, reum peregere? tu
vero qui eum, ceu *vere*, quæ Chartis male mandavit ſcribentem, eoque no-
mine *laudandum*, prædicas; quô furentis, ſecum pugnantis, invicem ſeſe con-
vellentia placita conciliaveris? velis nolis, ſi Barrenſes *ſupremo jure* ſua *deti-
nebant*, nulli obnoxii fuere, nec à Cæſaribus aliiſve ullis ullo modo moverunt;
ſi *à Cæſaribus* quomodocunque *movebant*, *ſupremo* ſua *jure*, nec *detinuere*, nec
detinere potuere, quandoquidem *ſupremum* ab alio nec pendet, nec *movetur*,
ſed alia univerſa (velut à ſe pendentia & ſibi ſubſtrata) *movet*: tunc ut nugatori
tuo propitius videare, Barrenſes uno eodemque momento, *ſupremo* & non
ſupremo jure ſua *tenuiſſe*, atque ab aliis *moviſſe* & non *moviſſe* dixeris? Ἀπροσδιό-
νυσα plura hoc loco congeris, 1 Carolum IV *ſolennem Imperii conventum Metis
anno* 1356, *circa feſtum B. Luciæ*, ſeu *Decemb.* 13 *incepiſſe*; 2 *per Innocentium Pa-* H. Rebdorff.
pam, & Cardinalem Petragoricenſem, tranſmiſſum ad ipſum Carolum Delfi-
num; *ac multitudinem magnam Principum Alemanniæ & Franciæ confugiſſe ad
ipſum; & perfectum Nativitatis Dominicæ apud ipſum* fuiſſe. 3 Decembris 21

literas *quibus Robertum adhuc* Comitem Barrenſem *vocaret* dediſſet; 4 *Ianuarii* 5 *ſolenni Curia abſoluta, indemnitatis literas Wenceſlao Brabantiæ Duci germano dediſſe.* 5 harum hanc ultimam clauſulam fuiſſe, *Datum Metis anno Dom.* 1257 *Indict.*10 *Nonis Ianuarii, Regnorum noſtrorum* XI, *Imperii vero* II. 6. *apud Dinterum* lib. 6. c. 17. *integrum Diploma* extare. 7. Ioannem Regem *anno* 1356, *Sept.* 19 *captum*, & *ad annum uſque* 1360, *in Anglia Londini detentum*, Robertum *Ducem creare* anno 1357 nequaquam potuiſſe. 8. Carolum IV anno 1354, Roberto *Marchionis*, Moncioni *Marchionatus* titulum tribuiſſe; & *Muſſipontanam urbem anno* 1356, *civitatis honore donaviſſe.* 9. *Cæſares* Germanicos *Barri Ducem in acta Imperii ſui referri mandaviſſe.* 10. *In matricula anno* 1471 *renovata*, quæque *in Archivo Moguntino* ſervata *inter Duces, Imperii* Germanici *Principes*, inveniri perſcriptum *Dux Barrenſis in Gallia.* horum nihil negare cogimur, quandoquidem neque vero, neque nobis obeſt: alia tamen ſubnectis, quæ ne veritate ſubſiſtunt; nec probari à te unquam poterunt; hæc nimirum, 1. Robertum à Carolo IV alieno regno obnoxiæ ditionis *Ducem creatum* fuiſſe, vel jure *creari* potuiſſe. 2. Moncionem *in ditione Barrenſi* proprie dicta fuiſſe. 3. *urbem in* ea *præcipuam* fuiſſe. 4. Barrenſem Ducem in *Imperii* Germanici *matricula* perſcribi, *niſi Barrenſis Ducatus ab Imperatore inſtitutus, & fidelitate erga Imperium obſtrictus fuiſſet*, nequaquam potuiſſe; Cum enim illa ipſa, cujus auctoritate niteris, matricula, Ducem Barrenſem *in Gallia*, ſeu ditione Germanico Imperio non ſubdita, & extra fines ejus conſtituta, expreſſis verbis collocet; *eum ab Imperatore* Germanico, cujus extra ditionem propriam poteſtas nulla, in regno Francico *inſtitui* minime potuiſſe; ipſique non *Ducatus*, qui Gallicus eſt, ſed Germanicarum, in quas (utpote trans fines ſuos ſitas) Gallico regno nihil juris eſt poſſeſſionum ratione, Germanici *Imperii membrum*, eidem *fidelitate obſtrictum*, eoque tantum nomine *immatriculatum* fuiſſe, luce meridianâ clarius oſtendit. Quod etiam Moncionenſis ditio, Barri Ducum paterna, Barrenſis materna hæreditas ab initio fuit; nec illa huic ante annum 1030, à condito Barro 79 adjuncta eſt, alteram in alterâ, exemplo tuo conſtituere abſurdiſſimum eſſe evincit.

Boucher. Annal.

Integro Caroli IV diplomate (quo *villam Pontis-Moncionis in civitatem Metis anno Domini* 1356, *Indict.* 9, 12 *Kal. Ianuarii regnorum anno* XI *Imperii vero* 2 *erexit*) recitato, anni Domini 1356 Decembrem, quo 9 Indictio currebat, cum 8 componens, pro Gerlaco Moguntino *Gerjacum* ſcribens, & Ioannem Cancellarium, pro Lithomiſchlenſi, *Luchoniſchlenſem* vocans, ter peccas. In alio, quo Moncionem *in civitatem, & locum inſignem*, Pragæ *anno Domini* 1372 *Indict.* 10. 6 *Idus Auguſti, regnorum* ſuorum, *Romani* 27, *Bohemiæ* 26, *Imperii* 18 *creaviſſe* dicitur, nonnulla ſuſpecta occurrunt; nam 1 ſi annus Domini 1372, cum *Romani regni* 27, & *Bohemici* 26 concurrebat, diverſaque erant utriuſque regni initia, quod non uno hoc diplomate, ſed etiam adjunctô ad Radulfum de Luppy, x Nonas Septembres dato mandato confirmatur; quî factum, ut in diplomate pro erectione Ducatus Lucemburgenſis, & Marchionatus Moncionenſis *Indict.* 7, *tertio Idus Martii Metis* ſcripto annus 1354, cum *octavo regnorum*; in diplomate pro *erectione Moncionis in civitatem*, Metis *Indict.* 9, 12 *Kal. Ianuarii* ſcripto, & in tertio Ibidem *Indictione* 10 *Ianuarii Nonis*, pro Wenceſlai Ducis indemnitate dato anni

anni Domini 1356 deſinens, & 1357 iniens, cum 11 regnorum componantur, quaſi *regnorum* modo *idem*, modo *non idem* initium ſtatuere liceat? an Scripturas ſibi invicem fidem derogantes, ullius, apud te, ponderis eſſe ſiveris? hoc primum ſoluto nodo, ad ſequentem vindicandum te accinges; inter teſtes prolati à te diplomatis, *Ioannes Patriarcha Alexandrinus Apoſtolicæ ſedis* Nuncius, *ſeu Legatus* legitur, an tibi pro uno eodemque ſunt, vel Caroli IV ætate fuere, *Nuncii* & *Legati*? Ibidem Ioannem *Olomicenſem* pro *Olomucenſi*, Albertum *Luchoniſchlenſem* habes pro *Lithomiſchlenſi*; ac tandem hæc oſtendis, *Illuſtres, Ioannes, Ioannes Oppaviæ, Teſſchinenſis & Bolko Opulienſis Duces*, manifeſto ſive tuo ſive librarii vitio, cum legendum ſit, *Illuſtres, Ioannes Oppaviæ, Ioannes Teſſchinenſis* &c. ſed hæc parerga cum ſint, ad ratiocinationes tuas accedamus.

Robertus, inquis, *in diplomate anni* 1356, à Carolo IV *Comes Barrenſis* vocatur, ergo *nondum Dux erat*: pari ratione collegeris eum nonniſi poſt A.D. 1363, *Barri Ducem* factum, quandoquidem Bullâ diſpenſationis ab Vrbano Papa *anno pontificatus* 2 data, non *Dux* ſed *Marchio* vocatur; Sed Carolus ipſemet, qui Yolendim Roberti parentem *Comitiſſam Barrenſem*, quia Comitis vidua erat, nuncupabat; & Roberto *Marchionis Pontenſis, & Comitis Barrenſis* titulum (antiquo more) tribuebat, ad altiorem apicem jam tum provectum hac emphaticâ locutione inſinuaſſe; *licet noſtra Serenitas, dudum eundem filium ſuum Robertum*, tunc *Comitem Barrenſem, in Marchionem Pontenſem* &c. *provexerit*. cum enim (comparatione inter diverſos Roberti ſtatus inſtituta) eum *tunc* cum *in Marchionem provectus* eſt, *Barri Comitem* fuiſſe aſſerat; anno 1256 deſinente *Barri Comitem* eſſe deſiiſſe inſinuat, ſi enim illi, Barroque ſuo (ex quo in Marchionem ipſe provectus erat) novæ dignitatis nihil acceſſerat, fruſtra (imo ridicule) Barri præcedentem ſtatum cum ſequenti prorſus eundem, ei (quaſi maxima mutatio interceſſiſſet) opponebat; quod de minutiarum quarumvis curioſiſſimô, & ad vanitatem uſque acuto Principe ſentire abſurdiſſimum foret.

2. *His* in diplomate *verbis*, Princeps & conſanguineus noſter dilectus, *uſus non eſſet Imperator, ſi Barrenſis Comitatus Imperio non fuiſſet obnoxius*. Si in re ſeriâ ludere animus ferret, poſſemus Caroli IV de Roberto verba hoc modo legere, *Roberti Marchionis Pontenſis & Comitis, Barrenſis Principis, conſanguinei noſtri dilecti*; ſed cum Robertum ad Principatus dignitatem (Marchionem ſalutando) à ſe provectum diſerte pronunciet, malumus Robertum (hoc ipſo quod *Princeps* creatus eſt) ipſi *obnoxium* fuiſſe confiteri; id tamen ad Barrenſem ditionem trahi poſſe negabimus; cum ſolus Moncionis Comitatus, ad Moſellam (extra veterem regni Francici limitem) ſitus, eoque Lotharingico regno, quod ſibi Carolus vindicabat, *obnoxius*, ab eo *ad Principatum provectus* ſit; Barrenſem vero in regno Francico (trans Imperii Lotharingico-Germanici fines) poſitum, à Moncionenſi longe diverſiſſimum, ſuaque natura ſejunctum, ac per ſe conſiſtentem, ſuo loco reliquerit; quodque ſibi nihil in eo juris ac poteſtatis arrogaret, auctus ne ab alio (à quô pendebat) dignitate eſſet, vel non eſſet, ſuſque deque habuerit.

3. *Edicto* ſuo *tuetur Cæſar ſubditos, incolas, & homines, Marchionis, & Marchionatus Pontenſis*, Comitatus, ac aliarum ſubditarum *ſibi terrarum*? Eſto; tune hoc uno obtinebis, univerſam, ſive trans, ſive cis Moſam, Roberto

ſubditam ditionem; Edicti conditori obnoxiam fuiſſe? imo ne de Marchionatus incolis id jure collegeris; quis enim neſcit Regibus beneficis id ſolenne eſſe, ut externos, à quibus ſibi nihil metuunt, potenti manu protegant, eoſque quos regno commodos ducunt, in vicinorum aut ubicumque poſitorum fœderatorum gratiam privilegiis muniant, propriiſque populis quodammodo exæquent? ſic amicam ab antiquo gentem Helveticam fovent Franci; Oſterlingos, quamdiu Belgii potens fuit, fovere Burgundica domus, cui in eos nihil prorſus Imperii erat, nunquam deſiit. Quid mirum ſi Roberto propinquo quomodocunque ſubditos, ubicunque ſedes haberent, Carolo IV acceptos & commendatos fuiſſe audiamus? coſne quia favore ſuo & tutela dignos reputabat, regno ſuo ſubditos declaravit, aut declarare jure potuit? Tutelam nunc nulli niſi Imperii ſui membro à Carolo IV promiſſam fuiſſe, aut promitti jure potuiſſe demus; quid hoc ad Barrenſes externos, externoque regno obnoxios? reſtringenda igitur (vel ingratiis tuis) ad Moncionenſes, Briacenſes, Longovicenſes, Marci villanos, alioſque origine ac ſede Lotharingos, ac in primis Lucemburgici Ducatus fideles, de quibus infra Carolini edicti verba fuerint. Quid tu deinceps?

Civitatum in Imperiô aliæ ſimpliciter Imperiales *dicuntur*, *aliæ* Imperiales liberæ: *iſtæ immediate ab Imperatore jus accipiunt*, *illæ mediate per Imperii Principem Eccleſiaſticum, aut ſæcularem, cui ſubſunt.* Non repugnamus Chiffleti, oſtende tu vero quid hoc ad rhombum; *quia* (inquis) *urbs Pontenſis Barrenſi Comiti ſubjecta erat*, *Cæſar hoc diplomate declarat, & ſtatuit* erectionem Pontis Moncionis in Civitatem, Roberto Comiti & Marchioni, ejuſque ſucceſſoribus, in uſu, juribus, & dominio, damnoſam & præjudicialem in nullo penitus exiſtere; *hoc eſt, Imperii quantumvis Civitatem factam, à ſuo tamen naturali Principe, jus ut prius accepturam.* Aſſentimur rurſus; tu modo hæc, quæ per ſe evidentia ſunt, fatere, 1 Carolino edicto nihil Barro, Barrenſique ditioni, Francici juris; ſed uni Moncioni & Moncionenſibus, Lotharingici regni membris, tributum. 2. Moncionenſem ditionem ab origine per ſe conſtitiſſe, ipſoque Caroli IV tempore à Barrenſi diſtinctam fuiſſe. 3. Roberto non qua *Barri*, ſive *Dux*, ſive *Comes*; ſed qua *Moncionis Marchio* erat paruiſſe. 4. te ludionum, qui ſpectatorum oculos aliud pro alio offerentes fallunt, more de Barro interrogatum ad Moncionem, de quo quæſtio non erat, Barro derelicto tranſcurrere.

Ex alterô diplomate pro ſecundâ Moncionis *in civitatem erectione*, *ejuſque prærogativis* A. D. 1372, Aug. 8, Pragæ dato, hoc unum (quod ad rem non eſt & ex parte falſo laborat) colligis, *Robertum Ducem Barrenſem & Marchionem Pontenſem iterum vocat* Principem noſtrum chariſſimum, *ejuſque progenitores ponit inter* ſacri Romani fideles Imperii, *& qui* ſacrum Romanum Imperium dignis ſtuduerunt honoribus venerari; *idque palam pronunciat, præſente ac ſubſcribente Aymerico de Magnaco Pariſiorum Epiſcopo*, *natione Gallo, patria Lemovicenſi*, *Caroli* V *Franciæ Regis tunc Conſiliario & libellorum ſupplicum Magiſtro*, *quem anno* 1372 *jam ſediſſe Pariſiis Pontificem conſtat ex hoc illuſtri monumento.* Id ad rem non eſſe diximus, quia Robertus Caroli *Princeps*, *progenitoribus* tam paternis, quam maternis regni Lotharingo-Germanici, quod ab anno Domini 1133 *Imperium Romanum* abuſive dictum eſt, *fidelibus* & *veneratoribus* editus erat, Marchionatum Pontenſem hæreditatio

ab

ab atavis paternis derivato jure, Briacum aliaſque Lotharingicas ditiones à maternis atavis tranſmiſſas poſſidebat; Majores paterni Moncionis, materni vero Briaci Comites, & ab anno 959 ad 1027, Lotharingiæ Moſellanicæ ſive ſuperioris Duces, Germano-Lotharingico regno (ob Ducatum illum ipſis aliquamdiu commendatum, hæreditarioſque Comitatus Lotharingicos) obnoxii erant; etiamſi cultus & obſequii nihil ob Barrum à Friderico I Duce in Ludovici Tranſmarini regno vel anno 951 vel paulo poſt conſtrui cœptum, unique Franciæ Occidentalis regno obnoxium, Germaniæ & Lotharingiæ Regibus deberent, ſed ſolis Francorum Regibus fidem obſtringerent. Potuit igitur, Regis, in cujus ditione natus erat, cuique miniſtrabat, jure & fidelitate ſalvis, Caroli IV diplomati ſubſcribere Aimericus Pariſienſium Præſul; quem ſi *anno* 1372, *Pariſiis Pontificem ſediſſe* vere colligis, falſo *tunc libellorum ſupplicum Magiſtrum* fuiſſe aſſeris; ſuſceptis enim anno 1368 deſinente, quo Stephanus IV Cardinalis factus fuerat, Pontificatus Pariſienſis infulis, *ſupplicum libellorum Magiſter* eſſe deſierat; neque *tunc*, cum Pragam à Rege miſſus eſt, Magiſterio illo fungebatur: tu vero deinceps Moncionem *in Barrenſi tractu*, cui *vicina* tantum fuit, ſi verum amas, collocare deſines.

Ex mandato Pragæ anno 1372 Septembris 2 dato, hæc duo notas; Imperator *Roberti Ducis Barrenſis progenitores declarat* ſtuduiſſe ſacrum Romanum Imperium ferventius venerari. 2. *Robertum Ducem vocat* Principem & conſanguineum noſtrum chariſſimum, *qua dignatione externi ab Imperio Duces & Principes à Cæſaribus compellari non ſolent.* Sed horum nihil *Barrum* vel Lotharingicum haberi potuiſſe, vel Germano-Lotharingo regno hominium debuiſſe, vel a Carolo IV ad Ducalem dignitatem provectum fuiſſe, quæ tamen probanda ſuſceperas, revera probat: Roberti Ducis progenitores Germano-Lotharingicum regnum, abuſive *Romanum Imperium* dictum, ex officio venerati ſunt, quia origine Lotharingi, qui late in regno Lotharingico poſſidebant, ob Lotharingicas ditiones regni Lotharingici clientes & membra fuerunt; utut ob Barrum extra regnum illud conſtitutum ſolis Francorum Regibus fidelitatem jurarent; Robertus vero Caroli *Princeps* audiit, & *dignatione qua externi ab Imperio* Germanico *compellari non ſolent* merito compellatus eſt, quia abſolute *externus* non erat, ſed ex parte Lotharingus, ob Moncionis avitæ in Lotharingia poſſeſſionis Comitatum ad *Marchionatum* & *Imperii* Germanico Lotharingi *Principatum* provectum, regni illius *Princeps*, eoque *non externus*; ex parte vero *Francus*, eoque *externus*, ob Barrum *in* Francico *regno* ſitum, ejuſdemque membrum, in quod nihil ſibi, regnoque ſuo juris, *mandato* à te deſcripto Carolus IV, vindicavit. Quid hic non planum offendis?

In *Charta executionis mandati* Carolini *pro Civitate Pontis Moncionis*, à *Rodulfo Domino de Luppeyo, Milite, Commiſſario, & Executore* anno 1373 Iulii 15 ſcripta nihil prorſus eſt, quod commento tuo ſervire, vel in ſpeciem poſſit; tu tamen hæc invadis, quibus palam mandantis nomine declarat, *ſe non intendere in aliquô, diminutioni, juriſdictioni, compulſioni, cognitioni, quas Dominus* Dux, *& Marchio Pontis, ante creationem Civitatis Pontenſis, in & ſuper Iuſtitia, habitantibus, Burgenſibus, laboratoribus, & agricolis dictæ Civitatis haberet, & ſibi competebat, derogare, ſed potius jura & actiones quaſque* ipſi & ſucceſſoribus ſuis *illæſa permanſiſſe, & permanſura*; utque aliquid à te in

in rem tuam præſtitum probabilius ſimules, id totum *eſſe inſigne ad notam* mones; quaſi vero ex cô quod vocabulum *Ducis*, cum ſequentibus *ipſi & ſucceſſoribus ſuis*, majuſculis characteribus excudi curaſti, aut ea *ad notam inſignia* judicaſti, aliquid conſequare; nobiſque, qui Moncionenſem ditionem (de cujus unius prærogativa & datum, & ſuſceptum, & executioni mandatum diploma) *Lotharingicam* fuiſſe fatemur, eripias: Barrenſem enim & Moncionenſem à ſe invicem ſejunctas, imo in diverſis regnis ſitas ditiones, unus idemque Princeps tenuit, & ſucceſſoribus reliquit, Radulfo Commiſſario laudatus *Robertus Dux & Marchio*; ſed jure plane diverſo, Barrenſem enim *Francicam*, quâ *Dux* uni Francorum Regi obnoxius; Moncionenſem *Lotharingicam*, qua *Marchio* à Rege Germano Lotharingicô inſtitutus, ab eo ad *Principatum* provectus, & regni ſui *Principibus* allectus. Quid hîc non planum, tibique, qui Lotharingica cum Francicis data operâ confundis, ut univerſa Francis adimas, non adverſum?

Anno Domini 1378, *in S. Andreæ vigilia*, ſeu Novembris 29, Carolus IV; & 1383, *nocte Conceptionis B. Mariæ* ſeu Decemb. 7, Wenceſlaus Lucemburgi Dux primus, Caroli germanus, fatis conceſſere, univerſamque eorum hæreditatem adiit Rex Wenceſlaus; quò regnante ea quæ p. 13. ex S. Theobaldi Decano, & Metenſi Chronico vernaculo notas contigere; utrumque quandoquidem ita placet, audiamus: Decanus, *en l'an* 1384 *Waſſelin Roy des Romains vint a Luxembourg, ou le* [Duc de Bar] *reprint de luy par le moyen du Comte de Ligny.* Chron. *l'an* 1384 *ceux de la Comté de Luxembourg, firent chevauchiées ſur le* Duc de Bar, *par devers Longwy, & en pluſieurs autres lieux, & firent bien dopmaige de quarante mil florins, ſi come on dit; & quant le* Duc de Bair, *le ſolt, il envoya par devers le Roy des Romains, le Comte de Ligney en Barrois, pour faire traittier, qu'il puiſt avoir accord, & le Comte fit tant en pre de temps, que le* Duc de Bair, *vint a Luxembourg, avec luy pluſieurs gentilhomes de ſon pays, & reprint dou Roy des Romains ſes armes.* Vides opinor, Chiffleti, neque *Barrenſem* proprie dictam, nec *Moncionenſem* ei adjacentem, ſed *Longovicenſem* Lucemburgenſi contiguam ditionem, cum appendicibus ad Carum ſitis, Lucemburgicorum excurſionibus vexatam fuiſſe; eâ de cauſa, cum interveniente Lincii Comite, pacta renovata ſint, factumque à Barrenſi hominium; tu qui (velut ex Anaxagoræ diſciplina) quidlibet ex quolibet eruendum cenſes, Robertum *Barri Ducatum* Wenceſlao, cui ne in mentem veniebat, obnoxium factum putas, quæque tua ſupinitas eſt, quotieſcunque in *Ducis* vocabulum incidis, id velut ſomniis tuis addictum invadis; nec vides *Barri Ducem*, non qua *Barri Dux*, & Moncionis *Marchio*, aut Briaci *Comes*; ſed qua Satanaci, Arenciaci, Macheriarum, Marcivillæ Dynaſta erat, cum Wenceſlao contendiſſe; quod ex Charta à temet laudatâ *in Archivo Lucemburgenſi* [1] aſſervata, *anno*que 1384, *Octob. die undecimâ datâ*, niſi mentis oculos comprimeres, ſtatim deprehendere poſſes: eâ (enim prout ipſe notas) *Robertus Dux Barrenſis, controverſias, quas habuit cum Wenceſlaô Romanorum & Bohemiæ Rege, ac Lucemburgi Duce, ſubmittit ſententiæ Walerami Comitis de Ligneyo.* quæ Lucemburgicæ controverſiæ fuerint, quia vel diſſimulare, vel abſolute ignorare tibi noxæ Francico nomini quomodocunque inferendæ avido commodum videtur, ne vel prudens, vel imprudens inferre deinceps valeas, in apertum pro virili (altius repetitis earum cauſis) proferam.

[1] Arcula Bar num. 12.

Cum

Cum annô circiter 1150, Agnetem filiam Rainaldo II, Barri & Moncionis Comiti (aſſignatâ in dotem Lineii Caſtellaniâ) matrimonio junxiſſet Theobaldus Magnus Campaniæ Comes Palatinus; anno 1231, Iulio menſe Henricus Rainaldi & Agnetis nepos, Margaretam filiam Henrico Lucemburgico deſponſavit, anno vero 1240, Philippa Drocenſis, Henrici Barrenſis relicta actu ipſo ſociavit; prout ex Ermeſindis Lucemburgicæ, & Philippæ ejuſdem tabulis conſtat, quarum hæc apographa; [1] *Ego Ermenſendis Comitiſſa Lucemburgenſis, Marchioniſſa Arlunenſis, omnibus præſentes literas inſpecturis notum facio, quod Henricus Dominus de Lucemburg, filius meus, ducere debet in uxorem, Margaretam filiam Domini Henrici Comitis Barrenſis; & idem Comes dedit filio meo prædicto in maritagium Lineyum & Caſtellaniam cum dependentiis, hominiis, & domaniis,* &c. *Terram autem ſupradictam debet facere tenere Comes Barrenſis, Henrico filio meo, libere, ſicut allodium proprium, & ſine ſervitio alicui propter hoc impendendo. Ipſe vero filius meus, vel hæredes ſui illam de aliquo reaccipere in feudo non poſſunt. Si vero Margaretam filiam Comitis ſine hærede corporis ſui, vel hæredes ſuos, ſi quos haberet, de hærede in hæredem, ſine hærede mori contingeret; terra prædicta ad Comitem, & hæredes ſuos rediret; Et ſi Elizabeth filiam meam, prædicti Comitis ſororem, filii mei Walerami uxorem ſine hærede corporis ſui, vel hæredes ſuos, ſi quos haberet, de hæredem in hæredem, ſine hærede mori contingeret; Marci villa cum appendiciis ſuis, & Arancey cum appenditiis ſuis, ſicut ego eadem teneo in dote, redirent ad Henricum maritum ejus, filium meum, & hæredes eorum; & tunc terra de Lineyo ſupradicta ad Comitem Barrenſem, & hæredes ſuos alios reverteretur. Item ſi dictam Margaretam ſine hærede corporis ſui, vel hæredes ſuos, ſi quos haberet de Henrico filio meo, de hærede in hæredem, ſine hærede mori contingeret; Marci villa & Aranceyum cum appendiciis, ſicut ſupra dictum eſt, ad Comitem & hæredes ſuos reverteretur,* &c. *Actum A. D.* 1231, *menſe Iulii.*

Ie Philippe Comteſſe de Bar, fai ſcavoir a tous ceux qui ces lettres verront, que j'ay donneit a Monſieur Henry Comte de Luxembourg, en mariage, avec Marguerite ma fille, Liney & ſes appendizes, & ly doy faire valoir 700 *livre de terre a fors, en telle maniere que Meſſire Henry ne puet, cette terre repenre d'autres, ne mettre en autruy main; & s'il advenoit que Marguerite ma fille moriſt ſans hoir de ſon corps, ou ly hoir de ſon corps moriſt ſans hoir, Liney & les appendizes revenront au Seigneur de Bar,*&c. *Ce fut fait l'en demain de Pentecoſte,* [2] *quand li miliaires couroit par mille deux cens & quarante, au mois de Iuniet.*

[1] Hiſt. Lucemb. prob. p. 74.

[2] Iun. 4. fer. 2.

Anno 1262 Henricus & Margareta Lineium Waleranno ſecundogenito, Satanacum, bannum de Macheriis, feudi Marci villæ & Aranciaci dimidium, ſibi reſervata hominii lege, acceptaque ſepties mille & quingentarum librarum Provinienſium ſumma, Theobaldo Barri Comiti tradiderunt; prout ex Charta eorum liquet. *Nous Henris Cuens de Lucembourc & de la Roche, & Marchis d'Erluns, & nos Marguerite ſa fame, Conteſſe & Dame de ces meiſmes leus, faiſons ſavoir a touz, que nous avons donei a Walerans noſtre fil en heritage Liney, & la Chaſtellerie, ſauf ce a nous Marguerite Comteſſe de Lucembourc, que nos les tenrons toute noſtre vie; & tout ce a il reprins de noſtre freire & feable Thibauz Comte de Bar en fié, & en hommage, arreis Triverey & les lieus aſſenez, vaillans dous cens livres de terre, qui muevent dou Roi de Navarre, enſi cum les lettres que li Rois en a lou teſmoignent; & Thibauz Cuens de Bar, devant*

vant diz tient de nos, & tenront il & ſi hoir, de nos & de nos hoirs, qui ſeront Comtes de Lucembourc, Liney & la Chaſtelerie, enſi cum il eſt devant dit, en accroiſſance des autres fiéz qu'il tient de nos, c'eſt a ſavoir Sathanais, & li bans de Macheris; & eſt a ſavoir que nous Marguerite Comteſſe de Lucembourg, retenons cent livrees de terre pour aumoſne faire, ou pour fieveir s'il nous plaiſt; & ſe nos en faiſons aumoſne, l'aumoſne ſera de la garde le Signor de Liney, & ſe nos en faiſons fief, on le tenra dou Signor de Liney en fief; & li Sires de Liney le tenra enſi dou Comte de Bar, & li Cuens de Bar, enſi dou Comte de Lucembourc. & s'il avenoit par aventure, que Lineis eſcheit, ou li Comtez de Lucembourc eſcheiſt enſi, que uns Sires teniſt Lucembourc, & Liney, par defaute de hoir maſle, qu'il n'en y euſt qu'un: li Cuens de Bar tenroit dou Signor de Lucembourc Liney & la Chaſtelerie enſi cum il eſt deſus dit, & li Cuens de Lucembourc l'en liverroit a hom un Chevalier gentilhome, juſqu'a tant qu'il y averroit pluſors hors maſles, dont ly uns ſeroit Sires de Liney, & de la Chaſtelerie, & en ſeroit hom au Comte de Bar, enſi cum il eſt deſus dit; & ſe il n'y avoit nul hoir maſle, auteils convenances ſeroyent des filles, cum des filz, enſi cum il eſt deſus deviſei. Et eſt a ſavoir que nos avons encor donnés au devant dit Comte de Bar, en accroiſſances des autres fiez qu'il tient de nós, la moitié dou fief de Marville & d'Arancei, & des appendizes que Meſſires Walerans Sires de Marville tient de nous en fié, & en eſt noſtre hom, & ſera li Cuens de Bar, & ſui hoirs, a nos, & a nos hoir, qui ſeront Comte de Lucembourc, & en ces fiéz de Marville & d'Arencey, & ens appendizes nos ne paons riens aqueſteir, ſens le Comte de Bar, ne il ſens nos & noſtre hoir, & li ſien; li un ſens les autres. & eſt a ſavoir, que ces fiez devant nomeis, de Marville & d'Arencey, & des appendiſes, nos ne noſtre hoir, ne li Cuens de Bar, ne ſui hoir, ne nos paons aidier, pour faire gravance li uns a l'autre des choſes qui appartiennent a nos demoines. & por ces choſes devant dittes, que nous avons donei au Comte de Bar devant dit, en accroiſſance des autres fiéz qu'il tient de nos, nos a il donei ſept mile & cinc livres de Provinſiens fors, deſques nos nos tenons bien a paiez. & toutes ces convenances devant dites avons nos jurees ſors ſcins, & creantees loyaument a tenir en bone foy, a toz jors, par nos & par nos hors. En teſmoignage de laqueil chouſe, & por ce que ferme ſoit & eſtable a toz jors, nos avons ces preſentes lettres ſeelees de nos propres ſees. Ce fui fait & donei l'an de grace noſtre Signor, quant li miliaires corroit par mil & dous cens, & ſexante deus ans, le jor de la feſte Seinte Lucie en mois de Decembre.

Eodem anno Lucemburgi Comes, Theobaldo Navarræ Regi, Campaniæ Comiti Palatino, ob Lineium obnoxius factus, Theobaldi Barrenſis ſororii, qui id pactorum violationem interpretabatur, adeo bilem accendit, ut Lineium armata manu invaſerit, & ſub manum miſerit; Lucemburgenſem, qui bello ſua repetebat, prælio fuderit, captumque ſub cuſtodia detinuerit, donec ſe partes Sancti Ludovici arbitrio permiſere; qui pacem concordiamque propinquis imperavit; & Lucemburgicum adverſus hominii à Barrenſi debiti religionem vim ſibi illatam querentis mitigavit. Exinde ſemper Barrenſes, Lucemburgenſibus obnoxii; non Barri, aut Moncionis, avitorum poſſeſſionum, ſed Lineii, Sathanaci, Macheriarum, Marci villæ & Arenciaci permanſere. Denique defuncto anno 1383 Wenceſlao Duce, Robertus Dux armata manu à Wenceſlao Rege patrui hærede ad novum hominium adactus eſt.

Lucem-

Lucemburgicæ & Barrenſis familiarum ab A. D. 1140, ad 1384 ſtatus.

Rainaldus II Barri Comes, Agnetis de Campania Lineii Dominæ maritus, A. D. 1170, Auguſti 10 denatus.

Henricus I, A. D. 1191, Octobr. 19 denatus.

Theobaldus I Lauretæ Loſſenſis, Iſabellæ de Barro ad Sequanam, Ermeſiudis Namurcicæ Lucemburgi Comitis, maritus, A. D. 1214 denatus.

1 nupt. Agnes Friderici Bittenſis, ac exinde Lothar. Ducis uxor Ducum ſequentium parens.

2 nupt. Henricus II Philippæ Drocenſis maritus, Linejum A. D. 1231, Margaretæ filiæ donavit, A. D. 1230 deceſſit.

3 nupt. Iſabella Waleranni Waleranno II Limburgico ex priore matrimonio nati uxor.

Theobaldus II Ioannæ de Tociaco maritus, A.D. 1262 ob Linejum, Sathanacum, Macherias, Marci villam, Arenciacum, ſororii homo factus, A. D. 1287 denatus.

Margareta Henrici I Lucemburgi Comitis Waleranno II Limburgico & Ermeſinde Namurcica nati uxor, cui Linejum datum 1240.

Walerannus II. Theobaldus.

Henricus III Alienordis Anglicæ maritus, A. D. 1306 denatus.

Henricus II Beatricis de Avennis maritus, A. D. 1288 cæſus.

Walerannus qui Arenciaci & Marci villæ partem Henrico I Lucemburgico, A. D. 1269 vendidit.

Eduardus I Mariæ Burgundicæ maritus, A. D. 1336, aut 1337 denatus.

Henricus VII Imper. Margaretæ Brabantinæ maritus, A. D. 1313, Auguſt. 24 denatus.

Henricus IV Yolendis Flandricæ maritus, A. D. 1344 denatus.

Ioannes Elizabethæ Bohemiæ Reginæ, ac exinde Beatricis Borboniæ maritus, A. D. 1346, die S. Rufi, Auguſt. 27, ad Creciacum cæſus feria 7.

Robertus Mariæ Francicæ maritus, A.D. 1354 à Carolo IV Moncionis Marchio, à Ioanne Franc. Rege Barri Dux creatus, A. D. 1384 à Wenceſlao Rege, ob Satanacum, Macherias, Marci villam, Arenciacum ad hominium adactus, A. D. 1411.

Carolus IV Imper. Blancæ Valeſiæ, Annæ Suidnicenſis, Elizabethæ Pomeran. maritus, A. D. 1354, Martii 13 Moncionem in Marchionatum, an. 1356, Decem. 21, & an. 1372, Aug. 6 in civitatem erexit, an. 1378, Nov. 29 deceſſit.

1 nupt. Bona Ioannis Franc. Regis uxor prior, Mariæ Roberto Duci nuptæ parens.

Ioannes Brandeb. Marchio Margaretæ Oppaviæ maritus.

2 nupt. Wenceſlaus Dux Lucemburgi, an. 1354, Martii 13 creatus, Ioannæ Brabantinæ maritus, A.D. 1383, Dec. 7 denatus.

3 nupt. Wenceſlaus Rex Wenceſlai patrui hæres, A. D. 1384, Octobr. menſe Robertum Ducem ad hominium adegit, A.D. 1417, Iul. 17 deceſſit.

4 nupt. Sigiſmundus Imp. Iudoco ſuffectus, A. D. 1437, Dec 9 denatus.

Ioannes Dux Gorlitii Richardis Megapol marit.

Iodocus Rex, A. D. 1410 denatus Martii 20.

Procopius.

Sobeſlaus.

Elizabeth Antonii Burgundici, Brabantiæ Ducis uxor, cui patruus A.D. 1409 Lucemb. Ducatum donavit. A.D. 1451 denata.

Ex [1] Cameræ rationalium Pariſienſium monumentis, literarum Caroli VI, quibus Robertum Ducem *avunculum*, ideſt materteræ maritum, ſibi *de Caſtro & Caſtellania Barrenſe hominium ligium feciſſe* anno 1391 declarat, erutum exemplum, cum edidiſſet Cheſneus; tu inſolentiſſimi faſtidii nauſeabundo deſpectu authentici inſtrumenti pondus elevare conatus, tria ſigillatim refellenda objicis. 1. quod ex *tumultuario quodam Commentariolo*, qui *nullam fidem & auctoritatem præferat*, depromptæ ſint; eadem quâ *αὐτόπτης* aliquis uteretur, confidentiâ cauſaris, ſed peſſimâ, pro more tuo, fide: hæc Cheſnei verba fuerant, *Extrait d'un memorial de la Chambre des Comptes*: tu vocabuli *Memorial* inauditam, ſed te *aviorum peragratore* dignam ſignificationem lectoribus offers, *commentariolum tumultuarium* perperam interpretatus: Cum tamen fide digniora Rationalium Regeſta, [2] *Memorial* poſſim inſcribantur, idque cujus copiam habuit Cheſnæus optimæ notæ fuerit, prout ipſe laudato à te locô de te an in rerum natura eſſes minimè cogitans, nos tamen adverſus fraudes tuas præmuniens, affixo hoc excerpto ſuo titulo, *Extrait d'un memorial de la Chambre des Comptes de Paris, Cotté M. M.* fol. 8. verſo, ut *αὐθεντικωτάτῳ* exemplari uſum ſe doceret, teſtatus eſt; Si optima, accuratius adnotata, & diligentius aſſervata, tibi (qui nihil aliunde habes) nec auctoritatem, nec fidem præferunt; quid ordine digeſtum, aut im-

[1] Comment. Lothar. p. 28.

[2] hiſt. Barr. prob. p. 55.

motæ certitudinis uſpiam inveneri? 2. *non eſt vero ſimile Robertum Ducem id homagii præſtitiſſe Regi Franciæ, quod Imperatori à quo tot beneficiis auctus fuerat facere tenebatur*; ſed falſum ſumis, ut abſurdius concludas: Nos *quæ Cæſaris ſunt, Cæſari*; quæ Regis, Regi reddi optamus; tu vero *quot* à Carolo IV, *beneficiis auctus* Robertus fuerit, ediſſere ſi potes; hoc enim unum te, ex Dintero, referentem audivimus, quod *Moncionis Marchio*, ab eo anno 1354 ſalutatus ſit: ac ubi alia hactenus ignota nos docueris, *Imperatori* Germanico, non Regi Francorum *Barri hominium præſtandum* fuiſſe probā: hoc enim tu demonſtrandum ſuſcepiſti, nec tamen, quæ tua opinio ſit inculcando, demonſtras, aut demonſtrabis unquam. 3. *diu ante, & poſt illud tempus, de Barrenſis Caſtri mera Imperialitate, clara extant documenta.* Anteriora tua omnia meras præſtigias eſſe evicimus, idemque de poſterioribus univerſis, cum bono Deô, evincemus.

Ab annô 1391 ad 1417, intermediis 26 unô (ut ſic dicam) ſaltu poſt tergum relictis, tranſis. Quô eventu, tecum perpendamus. *Poſtquam* (inquis) *Eduardus* III *Barri Dux, legitima prole non relicta, occubuiſſet pugnâ Azincurianâ anno* 1415, *ei ſucceſſit in Barrenſi Ducatu & Marchionatu Pontenſi Ludovicus Cardinalis ejus frater*; *quibus tamen ditionibus non libere, nec ſine controverſia potiri datum*; *Yolandis enim ſoror ejus natu Major, nupta Ioanni Aragonio, tunc Girundæ Duci, adverſus fratrem Ludovicum partem obtendit*; *quemadmodum &* [1] *Adolphus Bergenſis ad Rhenum Dux, nomine uxoris ſuæ Mariæ, ſororis natu minoris Ludovici Cardinalis, cujus cauſa Adolphus ejus maritus Barrenſem Ducatum vi armatâ ingreſſus eſt,* [2] *Auctore Trithemio.* Antequam hæc univerſa tibi inutilia eſſe oſtendamus, nonnulla ad majoré rerum de quibus contendimus lucem adnotabimus. 1. Eduardum inter Barrenſes Comites Eduardū *tertium*, inter Duces *ſecundum* fuiſſe; 2. de *Ducatu* & *Marchionatu* [3] litem nullam à ſororibus Ludovico Cardinali motam fuiſſe, ſed de portionibus ex fraterna ſucceſſione, vel reipſa, vel earum tantum opinione devolutis, earum enim nulla Ducalem & Marchionalem titulum fratri invidit, ſed ſibi ſingulæ, pro ratâ parte, quippiam in *Ducatu*, *Marchionatu*, aliiſque dominiis quæſiviſſe. 3. nec *Iolandis*, & *Girunda* (ex uſu veterum) dici, ſed *Yolendis* & *Gerunda*. 4. Yolendim anno 1380, Ioanni Gerundæ Duci nupſiſſe, *tunc* vero cum *adverſus fratrem contendit*, Gerundæ *Duci nuptam* non fuiſſe, ſed Aragonii Regis viduam. 5. vel duplicem Mariam Barrenſem fuiſſe, alteram quæ Guillelmo Flandro Namurci Comiti nupſit, alteram quam Adolfus Bergenſis duxit, vel potius unam, eandemque Guillelmo Namurcenſi matrimonio anno 1384 ſociatam, poſtquam ab eô divertit, Adolfo Bergenſi (quod probabilius ob ejus cum priore marito propinquitatem putamus) junctam fuiſſe.

[1] Comment. Loth. p. 28.

[2] Reuſnerus in ſtirpe Markana.

[3] in Chron. Sponheim. an. 1417.

Guido Flandriæ Comes Matthildis Bethuniæ Dominæ, ac exinde Iſabellæ Lucemburgicæ Namurci Comitis maritus.

1 *nupt.*	2 *nupt.*
Robertus Flandriæ Comes Yolendis Burgund. Niverni Comitis maritus.	Ioannes Namurci Comes Mariæ Attrebat. maritus.
Robertus Caſſelli Dynaſta Ioannæ Britann. marit.	Guillelmus I Catharinæ Sabaudiæ maritus.
Yolendis Henrici IV Barrenſis uxor.	Guillelmus II Mariæ Barrenſis maritus.
Robertus Dux Mariæ Francicæ maritus.	
Maria Guillelmi Namurc. uxor.	

Vtcun-

Vtcunque ſit, Adolfus bellô; Yolendis jure cum Ludovico Cardinali contendit; neuter Sigiſmundi Regis, quem feudi Dominum fuiſſe falſo putas, opem (quod ſciamus) imploravit: Sigiſmundus ad cujus tribunal ſiſtere ſeſe (ex ſententiâ tuâ) partes debuerant, auctoritatem ſuam nunquam interpoſuit; Yolendis vero quæ jure inter ſorores potior, Caroli VI judicium expetivit, coram eô cauſam Ludovicus dixit, uterque *hominium* à parente A. D. 1391 *præſtitum* facto ipſo firmavit, & ratum habuit; ubi nunc *Barrenſia* tua *Imperialia*, Chiffleti, qui nihil niſi Francicum offendis? an ex *aviis*, quo forte tecum commearunt, repetenda putabis, ne nullibi eſſe credantur, quæ Barri invenire non licet? tuo periculô feceris; ſed nunquam obtinebis ut hic rationem tibi propitiam fuiſſe credamus; quid enim Adolfi Bergenſis armis, ad cauſam tuam confeceris? argue ſi placet, jus in armis poſuit externus coronæ Lotharingiæ cliens, & Barrenſem ditionem infeſtavit; Ergo ditio illa, quia ex Lotharingico regno irrumpentis vim paſſa eſt, Lotharingica fuit: quem ratiocinandi petitum nugationis tuæ non pudeat? Pergis tamen, *Ejus etiam belli meminit Nicolaus de Clemangiis, qui copias Barrenſem ditionem tunc aggreſſas tribuit Carolo* I *Lotharingiæ Duci*, *Adolphi Bergenſis fœderato*; Cum Duce Lotharingorum (*inquit*) valida Germanorum manus inſtruitur, quæ totum jam *Barrenſem Ducatum* dirâ & incredibili vaſtitate depopulata eſt; cui ſi adverſus *Ducem Barrenſem* proſpere ceſſerit, timendum eſt ne in *Regni fines* impetum faciant; cum Regio præſertim nomine contra memoratum Ducem Lotharingorum rebelligeratur, & in *aliis Regni partibus* extremis adverſus alios hoſtes magnis neceſſe ſit copiis occurrere. *Verebatur Clemangius*, *qui apud Lingones Barri finitimos hac ſcribebat*, *ne Barrenſi Ducatu occupato*, *Dux Lotharingiæ in* Regni Franciæ fines *irrumperet.* Acumen Sequanicum mirare, lector, de *Adolfo Bergenſi*, uxoris jura armis repetente inſtitutus antea ſermo fuerat; is nunc in *Lotharingiæ Ducem*, de quo nihil antea audieramus, totus deſinit; *Germanorum* quorundā indefinite Clemangio memoratorum manus, Adolfi unius fuerit, cujus nec nomen Clemangius ediderat, nec agitata poſt ſexennium conſilia olfacere potuerat; Lotharingus denique (de quô nihil Trithemius, quemque unicum Barrenſium & Francorum ab Oriente hoſtem Clemangius noverat) quia *Germanorum* quorumdam *manu inſtructus* Barrum aggreſſus dicitur, bellum non ſuo, ſed *Adolfi* (cujus ante tempus, & præter Clemangii, qui de eo non cogitabat, mentem *fœderatus* fingitur) nomine bellum geſſerit: ſic ex lignô quolibet Mercurium tuum fabricare certus, Clemangii locô turpiter abuteris, ut quicquid animo collibitum eſt tuo, quomodocunque obtineas. Diſce nunc ex illo ipſo quem laudas teſte, quam ſtrenue nugatus ſis. An ſibi, an alii (cui *fœderatus* eſſet) arma corripuerit, *Germanos*que neſcio quos exciverit Lotharingos, nihil ad nos; ſit ita, quandoquidem placet, modo belli alterius Trithemium, alterius ſexenniô prioris Clemangium meminiſſe, certum fateare; Adolphi expeditionem in annum 1417, ipſe tu ex Trithemio confers; Lotharingicam in 1413 Clemangius; illâ Ludovicus Cardin. qui Eduardo germano anno 1415, die SS. Criſpini & Criſpiniani natali, ſeu Octob. 25, fer. 6 ſucceſſerat; hac Eduardus Ludovici germanus, & Adolfi ſororius, qui vitam in anni 1215 Octobrem produxit, oppugnatus eſt; illa recrudeſcente bello Anglicano, hæc illo ipſo tempore quô primum indictum eſt, ador-

hh 2 nata

nata fuit; diverſæ ergo ex neceſſitate fuere; te vero qui alteram cum alterâ conferruminare conatus es, ignota (ex ſymboli tui præſcriptô) ferri regione viarum notius eſt, quam ut negare poſſis: ut te obtorto (ut ſic dicam) collo ad veri confeſſionem pertrahamus, unô nobis Clemangio opus eſt; cujus epiſtola 90 talibus orſa modis cum ſit, *Superiore epiſtola, quam nuper ad te miſi, multa de pace diſſerui, quæ (occaſione reconciliationis paulo ante inter noſtros Principes initæ) mihi diſſerenda videbam, utinam quemadmodum tunc optavi, integra inviolataque perſiſtat.* Præcedentis vero tale argumentum MS. exhibeat, *De pacificatione inter Francorum Principes Autiſſiodori factâ, quam inviolatam manere optat.* Pacificatio deniq; Autiſſiodorenſis anno 1412, Aug. 22 inita, cum Aurelianenſium & Burgundicarum partium proceres reconciliaverit, nonageſimam quam citas epiſtolam paulo poſt ſcriptam fuiſſe oportet: A ſe autem Anglicani belli initio, adeoque ante pugnam Azincurianam, cæſumque Eduardum Ducem datam, ex profeſſo notat. *Hinc* (inquit) *Britanni inſurgunt, magna (ut fama eſt) in Neuſtriam claſſe invecti, inde cum Duce Lotharingorum valida Germanorum manus inſtruitur.* uno igitur eodemque tempore regnum Anglus & Lotharingus invadebant, ſed prior Lotharingus, qui jam *Barrenſem Ducatum depopulatus erat*, cum *invectos in Neuſtriam* Anglos fuiſſe *fama* percrebuit. *Britannorum* vocabulum, quo Clemangius uſus eſt, ad Armoricanos noſtros trahere non potes, quandoquidem in acie adverſus Anglos ſteterunt; nihil fuit quod ſibi in Neuſtria (in quâ excenſionem Anglus fecit) quærerent; eorum Dux Ioannes VI, Azincurianæ cladis hoc ipſo pars fuit, quod fuga ſibi conſulere coactus eſt. At Anglum anni 1314, Febr. menſe, Normanniæ, Aquitaniæ, Pontivi reſtitutionem popoſciſſe, cumque anno 1415, ei *terram vimque, pecuniæ maximam*, Regis ſui nomine, Francorum Legati obtuliſſent; is vero obfirmato animo, Aquitaniæ, Normanniæ, Andegaviæ, Turoniæ, Pictaviæ, Cenomaniæ, Pontivi reſtitutionem urſiſſet; ad arma Francis funeſtiſſima Octob. 25, feria 6, deventum fuiſſe notat Monſtreletus Tom. 1. c. 135. 139. 148. Annô denique 1415, jam affecto (cum Eduardi Ducis germani hæreditatem creviſſet Ludovicus Cardinalis) ab Adolfo Mariæ ſororis marito, bello A.D. 1417 petitus, ab Yolende ſororum primogenitâ, lite coram Francica tribunali (quod adverſus commenta tua notandum venit) pulſatus eſt: Adolfo arma Carolum I Lotharingum ſociaſſe, tam tenere ex inani conjecturâ divinas, quam falſo de Adolfi bello Clemangium locutum fuiſſe pronuncias. Demus nunc idipſum quod poſt A.D. 1500, Trithemius ſcripſit, Clemangii verbis exprimi; unumque & idem ſeipſo prius & poſterius eſſe poſſe; quid hoc ad *Imperialia* tua *Barrenſia*? motos ab Adolpho fluctus componere, Barrenſemque Ducatum non tam periculo quam calamitate liberare, cujuſnam opinione tua erat? annon Sigiſmundi? dic ergo quid in fidelium infeſto Marte concurrentium cauſa præſtiterit, quem afflicto propinquo rebus ſolamen in arctis obtuliſſe, aut amicam manum porrexiſſe oſtendere nequaquam potes: nos enim ſive Eduardum, ſive Ludovicum Card. in unum Carolum VI inclinatum recubuiſſe, cujus *regio nomine contra Ducem Lotharingorum* (injuriâ à clientis opem rogantis capite longe propulſatâ) *rebelligeratum*; Barrenſes clientum, Regem patroni & ſupremi domini officio functos fuiſſe; Clemangium qui nos idipſum docuit, hoc ipſo nebulas tuas diſpuliſſe, & ſententiam noſtram confir-

confirmaviſſe; te vero qui verba ejus invadere non dubitas, adeo vel bardum credimus, ut eorum vim non capias; vel ſecurum, ut tibi cum fungis, qui nec ſibi commoda ſentiant, nec ea tibi quibus abuteris extorquere valeant, rem eſſe putes. Adolfo etiam qui uxoris, Roberti Ducis ſecundogenitæ, nec niſi poſt fratres, & ſororem primogenitam Yolendim, paternæ ſucceſſionis capacis, jure nitebatur, Ludovico Card. & Yolende ſuperſtitibus *Bar●nſem Ducatum occupare* minime licuiſſe per ſe clarum cum ſit, contumelioſe ei quod fas non erat tribuis. Quicquid ſit (inquies) ſive de Lotharingo ſolo, ſive de eodem & Adolfo junctis, Clemangius verba feciſſe dicatur; quod Barrenſi Duce debellato *timendum* erat *ne in Regni fines impetus* fieret, *certo argumento* fuit, & uſq; nunc eſt, *Ducatum Barrenſem, intra Regni Franciæ terminos haud fuiſſe conſtitutum*; *& conſequenter Reges Franciæ nullum in illum jus habuiſſe*; ſed hac argutatione infirmius nihil eſſe poteſt: quis enim neſcit ditionis cujuſque (cum nunc produci, nunc contrahi poſſit) diverſimode fines conſiderari poſſe? anno 876 regni Occidentalis fines in mediâ Lotharingiâ erant; ubi Lotharingiæ portio, quæ Carolo Calvo obtigerat, Ludovico Francorum Orientalium Regi *in locarium* data eſt, Moſa regnorum limes eſſe cœpit; ante annum 1526, regni ejuſdem limes Septentrionalis mare Flandricum fuit, poſt extortam pacto Madritenſi Franciſco primo Flandriam, interius limitem illum conſtitui neceſſe fuit; avulſa à regno Barrenſi ditio Francica (quod ab initio fuerat) eſſe deſiiſſet, eaque Lotharingicâ factâ, novus limes in reliquæ Francicæ ditionis limbo figendus fuiſſet; quoque modo Carolo Calvo regnante, qui Lotharingiæ portionem occidentalem, aut Flandriam incolebat regnicola fuit, & *in regno* conſtitit; ubi hæc Francici corporis membra deciſa ſunt, quiſquis in illis ſedem habuit *extra regnum* eſſe cœpit, nec niſi ex illis excedendo *in regni fines* irrumpere potuit; ſic deſectô Barrenſi Ducatu, qui antea internus Regni limes fuerat, quemq; ante deſectionem inhabitans *in regno* eſſe cenſebatur, quiſquis in eo domicilium poſuiſſet, *extra regnum* fuiſſet, utque *in regni fines impetum faceret*, univerſo tractu Barrenſi egredi neceſſe fuiſſet: mutatis ſcilicet *finibus*, qui antea inter Lotharingicam ditionem & Barrenſem, tunc vero inter Campaniæ Comitatum, & Barrenſem Ducatum, qui initio Campanienſis fuerat, medium tenuiſſent.

Barrum nunc, ex Clemangii ipſius mente, & *regni*, & *in regno* (quo tempore ſcribebat) fuiſſe, ne ultra præſcriptas ab eô lineas in *avia* abreptus peregrinere, demonſtrandum eſt. *pace compoſita inter Regni proceres, bello atrociorem peſtem illico invaluiſſe, quæ in univerſis prope regni limitibus, infeſtiſſima pernicie graſſaretur*, epiſtolæ initio dixerat; paulo poſt, ut fidem dictorum faceret, hæc addidit; *intermiſſa ſunt aliquantulum bella civilia* (ſancita ad Autiſſiodorum A. D. 1412, inter Aurelianenſem & Burgundicam factionem pace) *alia deforis* (ex Anglia & Lotharingia) *erumpunt non mediocriter extimeſcenda*, &c. *Hinc enim Britanni* (Angli ex Britannia majore) *inſurgunt, magna* (*ut fama eſt*) *in Neuſtriam claſſe advecti*; *inde cum Lotharingorum Duce valida Germanorum manus inſtruitur*, &c. *contra memoratum Lotharingorum Ducem rebelligeratur, & in aliis regni partibus extremis, adverſus alios hoſtes magnis neceſſe ſit copiis occurrere. Eſto autem nulli hoſtes in regnum incurrerent, ſatis eſt ad patriæ deſolationem noſtros in armis eſſe.* Dic ſodes, Chiffleti, unde *bella* inferebantur? annon *deforis* ex Anglia & Lotharingia? ubi

erumpebant? annon *intus?* atqui in Neuſtria & Barrenſi Ducatu *erumpebant.* Ergo Neuſtria & Barrenſis Ducatus *intus* erant. quæro rurſus, ubi *contra Lotharingum rebelligerabatur?* annon in *Barrenſi Ducatu* quem *depopulatus* erat? nondum enim, quod Clemangius *timebat*, evenerat; ut ſcilicet *in* Campaniam, *regni* hac ex parte (ſi Eduardus Barrenſis copiis Francicis ſtipatus debellaretur) *finem* futuram *impetum faceret*, imo neque tunc, neque poſt evenit; atqui intra regnum *rebelligerabatur*, Ergo Barrenſis Ducatus *intra regnum* erat: quæro 3, ubi regiæ *copiæ hoſtibus occurrebant?* annon *in regni partibus?* atqui *in* Neuſtria & Barri Ducatu *occurrebant*; Ergo Neuſtria & Barri Ducatus *regni partes* erant. De Neuſtria non negabis, quia Sereniſſimus Dux Carolus III nihil in ea ſibi vindicat; ſed Barri, ex Clemangii mente, conditio alia eſſe nequaquam potuit. Cujus enim reſpectu regni partes quæcunque, ſunt *aliæ regni partes*, id ex neceſſitate in *regni partibus* eſt; & *regni pars*, cæterarum reſpectu, *alia* cenſeri debet: atqui Barri reſpectu, hæc regni pars, Neuſtria, eſt *alia regni pars.* Ergo Barrum ex neceſſitate *in regni* partibus eſt, & *regni pars*, Neuſtriæ reſpectu, *alia* cenſeri debet. 2. Si Barrum *extra regni corpus* fuiſſet, ejus reſpectu *pars* non *alia* fuiſſet, ſed *nulla*: Atqui *nulla* non fuit, ſed *alia*, Ergo *in regni corpore* fuit, non *extra.* quæro 4, *in* quid *incurrebant hoſtes*, Anglus, & Lotharingus? annon *in regnum?* atqui *in* Neuſtriam & Barrenſem Ducatum *incurrebant.* Ergo Neuſtria & Barrenſis Ducatus *regnum* fuerunt, vel potius *regni*: quæro 5, ubi *noſtri*, ideſt Franci, *in armis erant?* annon *in regno* & *patria* quam deſolabantur? atqui *in* Neuſtria & Barrenſi Ducatu *in armis erant*; Ergo Neuſtria & Barrenſis Ducatus *regnum* & *patria* fuerunt. Quid aliud reſtat, niſi ut argutationem tuam retorquendo tibi eripiamus? Quod *in regni partibus extremis* fuit, quodque ita *regni* fuit, ut id invadentes *in regnum incurrere* dici poſſent, *intra regni terminos conſtitutum fuit*; *& conſequenter, Reges Franciæ jus in illud habuerunt.* Atqui (Clemangio auctore) Barrenſis Ducatus *in regni partibus extremis* fuit, & ita *regni* fuit, ut eum invadentes *in regnum incurrere* dici poſſent. Ergo (Clemangio auctore) Barri Ducatus, quod negabas, *intra regni terminos conſtitutus fuit*, *& conſequenter Reges Franciæ*, quod rurſus negabas, *jus in illum habuerunt.* Alia tua excutiamus.

[1] Comm. Loth. p. 29. Gillius, Belleforeſtius Dupleix in Carolo VII, Waſſeburg. fol. 5. à lib. 17.

Ejuſdem [1] inquis, *ſæculi anno* 29, *Ioanna Darcia Virgo ovium cuſtos, ad ſolvendam Aureliæ obſidionem vocata divinitus, Carolum* VII *Franciæ Regem adivit, ac fide data Aureliam cum copiis miſſa, fractos præliis Anglos ab urbe repulit. Nata erat & educata in vico Dam-Remigio in Barrenſi ditione ad Moſam prope Vallis coloris oppidum.* Ioannæ Darciæ miniſterio manuque ad confringendum, quod Aurelianenſibus impendebat, jugum (Dominum) qui infirma, ut fortia confundat, eligere ſolet; prout ipſi placuit uſum non negamus; de ejuſdem conditione & patria utrinque convenit; hoc unum in quæſtione eſt, an extra regnum nata ſit; ſed cum *in Vallis coloris* præfectura, quæ *Francica* fuit, *nata* & *educata*; deducente Roberto de Balderici curte, à Rege dato præfecto, Regiarum partium propugnatore animoſiſſimo, eum adierit; etſi Domni Remigii vicum, ipſumque Vallis coloris oppidum in Barrenſi ditione fuiſſe demus, ne hilum profeceris: quidni enim *Francica* fuerit, Barrenſi ditione, quam *Francicam* eſſe evicimus, orta? *Iacobus* [2] *Meyerus illam* Imperialem, *imo* non Gallicam *appellat*, hæc ſcribens *per unicam* puellam *non Gallicam*,

[2] Annal. lib. 6.

licam, *ſed* Imperialem *divinitus miſſam*, &c. quid ad nos, ſi inſenſiſſimus Franciciæ, cui natales debebat, gentis hoſtis, Carolo v adverſus Francos armato gratificaturus, aperte falſa ſcripſit? an quicquid uſque ad calumniam maledicus auctor deliravit, præſtare noſtrum eſt? tam falſo *Imperialem* vocavit, quam abſurde (vel teipſo Iudice, qui Lotharingiam univerſam cum Barro cui adjacet, *Galliarum* partem noſti) *Gallicam* negaverat. [1] *Pio* II *Papæ, Papyrio Maſſono, & aliis ortum illi puellæ in agro Tullenſi tribuentibus*, aſſentimur, fuit enim revera Tullenſis Diœceſeos; additamenti tui vanitatem cum ſolœciſmo admittere nullo modô poſſumus; en ſolœciſmum, *agrum Tollenſem, quod eſt*; en vanam falſamque aſſertionem, *ager Tullenſis eſt ab antiquo in Imperii ditione*; nunquam enim ex quo regnum Francorum fundatum eſt, *Imperii* fuit, ſed regni, ſive *Francici* abſolute, ad annum uſque 511; ſive *Auſtraſii* ad annum 771; ſive *Lotharienſis* ab anno 841 ad 870; ſive *Franciæ Occidentalis* ab anno 870 ad 79; ſive *Orientalis* ab anno 879, quo Caroli *Calvi* portio Ludovico Ludovici filio *in locarium* data eſt, uſque ad 912, quo eadem portio cum reliquo regno Lotharienſi ad Carolum *Simplicem* rediit; ſive regnorum duorum, *Occidentalis*, & *Lotharingici*, ab anno 926 quo Lotharingiam occupavit Henricus *Auceps*, uſque ad Lotharienſis regni caſum; nunc vero, conſentiente univerſo Germanico *Imperio* Monaſterii Weſtfalorum congregato, *Francici* eſt abſolute; tuque, velis nolis, à vero longe receſſiſſe deprehenderis. Nec in Wiberti Archidiaconi verbis tibi quicquam opis eſt: ſic enim ille de Tullenſibus, vitæ Leonis IX c. 8. *In trium Regnorum* (Burgundici, Francici, Lotharingici) *conſtituti confiniis, in* Imperii *ſcilicet* finibus, *in quibus tanto acrius laborabant, quanto longius terrarum ſpatia eos ab* Imperatorum *præſentia arcebant*: Erant ſcilicet *in trium regnorum finibus poſiti*, ſed diverſimode, Burgundico enim ab A. D. 888 exorto contigui tantum erant, quandoquidem nec id penetrabant, nec ab eô uſpiam penetrabantur; reliquorum partes erant, Lotharingici Occidentalis, Francici Orientalis, ubi Commarceium, Vallis coloris, Gundricuria & ſita ſunt; dicuntur *in Imperii* (non *Romani* proprie dicti, quod totum trans Alpes erat, ſed *Conradini*, Imperio Romano, regniſque Germanico, Langobardico, & Lotharingico, quale poſt annum 926 fuit conſtantis) *finibus conſtituti*; quia quicquid illi Tullenſis diœceſeos obvenit, ditionis ejus ſeu *Imperii* extremum fuit Occidentem verſus; reliqua, in quibus Barrum, Commarceium, &c. Francici extrema Orientalia fuere. *Aliô locô*, capite nimirum 9, recte *narrat Conradum* (Regem ab A. D. 1024, Septembris 18, nondum vero *Cæſarem* ſiquidem anno tantum 1027, Martii 26, in Paſchale *Imperii* Romani potens factus eſt) *dum Brunonis Dagsburgici animum à Leucorum Epiſcopatu conabatur avertere, objeciſſe illi* anno 1026, Majo menſe, *quod urbs illa* Tullum, *in extremis* Imperii ſui finibus *poſita, aut nunquam, aut rariſſime digna exiſtimaretur* Imperatorum *conſortio*. Re enim verâ Tullum & Conrado paruit, & *in Imperii*, ſeu ditionis ejus *extremis finibus* poſita erat; ſed hoc nihil ad cauſam, quandoquidem aliud Tullum, *agri Tullenſis* ſeu Diœceſeos caput, quod Conradi unius tunc fuit; aliud *Tullenſis ager*, qui ab A. D. 926, ex parte Lotharingicus, ex parte (ubi ſcilicet Barrum, Commarceium, &c. jacent) Francicus fuit, annoque 1026 ab Occidente Roberti, ab Oriente Conradi regiæ poteſtati ſubjacuit. Quocirca inepta & falſa concluſio tua eſt, *quia Ioanna*

[1] lib. 6. Comm. lib. 4. Annal. c. 8.

Virgo

Virgo in Barrenſi Tullenſis Provinciæ ditione, lucem primum adſpexerat, recte à Meyero dicta eſt puella Imperialis; quid enim *Tullenſis Provinciæ* nomine intelligis ? an diœceſim ? at *Provinciæ* nomen, non cujuſque Epiſcopi Diœceſi, ſed diœceſeon Epiſcopalium, ſub eodem Archiepiſcopo, maſſæ tribui ſolet; ſic autem Trevirenſis *Provinciæ*, diœceſis vero *Tullenſis* in Provincia Trevirenſi fuit Ioanna : an agrum totam Diœceſim complexum ? at ab annô 926 in duo diverſa membra diviſus eſt, quorum alterum Orienti obverſum Lotharingicum, alterum Occidentale Francicum fuit; utrumque regni cujus portio erat, *Provincialem* ex æquo conſtituit : An denique territorium Epiſcopii Tullenſis proprium, *Tullenſem Provinciam* abuſive dixeris? nec ſic tibi ſcopum ferire dabitur; ut enim Diœceſis Tullenſis, per duo regna contigua porrecta fuit, prædia Epiſcopalia in utroque regno ſita fuere : temere vero, nulloque judicio, ſed maligno ſtudio, Ioanna in Tullenſis diœceſeos Francica parte orta, *puella Imperialis* à Meyero, hac in parte fide indigniſſimo, *dicta eſt*; quæ aliis univerſis, ac in primis Ioanni Nyder Germano coætaneo, Formicarii lib. 5. c. 8. *Franca* audiit.

Ab A. D. 1429 ad 1474 tranſis, falſaque tuô more falſis cumulas, quæ nos (admotô veritatis ſole) lectorum oculis ſubjiciemus. *Eodem ſæculô* (inquis) *Robertus Bavarus & Hermannus Haſſius pro Archiepiſcopatu Colonienſi inter ſe diſcordes erant.* hoc primum falſum; Annô enim 1463, Martii 30, electus Robertus, nullum æmulum paſſus eſt; ſed quod *à Conſiliariis minus idoneis regeretur, inter ipſum Capitulumque ſuum oriri cæperunt ſimultates*; infenſus deinde Nuſſienſibus quod Bucilium militiæ ſuæ Magiſtrum trucidaſſent, in eorum perniciem Carolum Burgundiæ Ducem excitavit, qui Nuſſiam *per 46 ſeptimanas*, initio à *feria 6, poſt S. Iacobi feſtum*, ſeu Iul. 29, A. D. 1474, factó obſedit, cumque Nuſſienſes, quibus Colonienſis Civitas, & Capitulum majoris Eccleſiæ Colonienſis favebant, *in* Papæ *& Imperatoris manus cauſam ſuam poni practicaſſent*, rogati ab iis Colonienſes, *in aſſiſtentiam conſenſerunt*, & *Hermanum Canonicum majoris Eccleſiæ, cum notabili numero nobilium vaſſallorum, & numeroſa multitudine equitum, cum nonnullis pedeſtribus vernaculis miſerunt*; hæc Nuſſienſis Monachus, qui obſidionis oculatus teſtis ejus hiſtoriam Magno Chronico Belgico attextam edidit : Nihil ergo inter Robertum & Hermannum nominatim diſſidii fuit; tantum vero abeſt ut *pro Archiepiſcopatu* inter ſe contenderit, ut nonniſi denato A. D. 1480, Iulii 17 Roberto, hic Auguſti ſequentis 11, fer. 6, ſuffectus ſit. Pergis, *Fridericus* IV *Cæſar, Haſſii partes tutabatur, Carolus Burgundiæ Dux Bavari, Renatus Lotharingiæ & Barri Dux Burgundioni fœderatus, à Friderico Imperatore enixe interpellatus eſt, ut Burgundico fœderi renuntiaret.* Hic rurſus falſum triplex admittis. 1. dum Fridericum (ſolus, nullo veterum, nullo domui Auſtriacæ addictiſſimorum exemplo fretus) pro *tertio*, quartum vocas, ut Fridericum *Pulchrum* Ludovici IV, æmulum qui abdicare coactus eſt, & regno excuſſus regio nomine ad finem uſque vitæ caruit, Regibus, imo *Cæſaribus*, quo jure quave injuria adnumeres. 2. dum Fridericum III *Haſſi partes*, quas ille nullas habuit, *tutatum* fingis; *Haſſum* enim ſi *tutatus* eſt, non ut Roberti æmulum, ſed ut Nuſſienſibus ſubditis à Colonienſi Capitulo datum patronum defendit Fridericus. 3. dum Renatum anno 1474, Barri Ducem fuiſſe pronuncias. Subjungis, [1] *unde Petrus de Blarrorivo Pariſienſis Cæſarem Renato ſcribentem ſic induxit*,

[1] lib. 1. Nanceid.

Teque

Teque Ducem præter cunctos adjuro, Renate,
(Cæſar ait) per amicitiæ pia jura, fidemque,
Quam noſtræ *te* ſcis *gemine* debere coronæ,
Exue *Carolium* (juſta eſt occaſio) fœdus;
Non potes infido *nobis* hærere *fidelis*,
Aut comes; ille *cliens*, ut *tu*, meus; & tamen arma
Me gerit adverſum, nulli ſubjectus, ut illi
Creditur; hic noſtros crudus depugnat amicos.

Renati Ducis fidem ſic obteſtabatur Fridericus Imp. quia gemine, *hoc eſt* duplici nomine, *Imperio obſtrictus erat, propter geminos Ducatus Lotharingicum & Barrenſem, qui vere terræ ſunt, & membra Imperii, in cujus matriculam merito ſunt relata.* Hæc tu ſecure, ut ſoles, & inconſiderate: nam 1. mendoſa interpunctione quinti verſus ſenſum adeo mutas, ut te vis ejus fugiſſe videatur; ſcripſerat poëta, *Non potes infido nobis, hærere fidelis aut comes,* ut doceret Burgundo, Friderico (hoc ipſo quod Nuſſienſes ejus ſubditos vexabat, *arma*que *adverſus* Dominum, cujus ſe paulo ante *clientem* ob Geldriam confeſſus erat, *gereret*) infido, Renatum fidelem & comitem eſſe nequaquam debuiſſe; tu vero *nobis* cum *fidelis* copulas, quaſi poëta vellet Renatum Friderico *fidelem* & *comitem, infido* Burgundo *hærere* nequaquam *potuiſſe*; 2. etiamſi adverbium *gemine* recte interpreteris *duplici nomine*; perperam ad *geminos Ducatus Lotharingicum & Barrenſem* refers, quandoquidem Barri Ducatus, Renati Regis ſuperſtitis proprius, Renato nepoti, cui viventis, ſuoque jure utentis, avi hæreditatem aſſignare abſurdum eſſet, tunc cum à Friderico Imp. officii monitus eſt, nondum obvenerat; anno enim 1473, Iulii 24, Nanceii denato [1] Nicolao Lotharingiæ Duci, cum Yolendis amita ſucceſſiſſet, eaque Ducatus titulum & poſſeſſionem certis legibus [2] Renato filio Auguſti ſequentis die 2 tranſcripſiſſet, ut ut annô 1474, jam affecto, Lotharingiæ *Dux*, à Friderico III nuncupari, eoque nomine *coronæ* ſuæ *fidelibus* adnumerari, jure potuerit; *propter geminos Ducatus*, quos non habebat, *gemine fidelis* haberi nequaquam potuit; [3] annô enim 1474, Iulii 22, *compos mentis & omnino ſanus corpore, de ſuâ certâ ſcientiâ, motuque propriô, ac conſulto & deliberate, ſuum ultimum teſtamentum nuncupativum condidit*, & recitari voluit, *trans portum urbis Maſſiliæ, in domo viridarii* Renatus Rex, quo *Renatum nepotem in Ducatu Barrenſi*, cujus ſibi omnimodam poſſeſſionem retinebat, *hæredem particularem* ſcripſit; Ioanni filio naturali Moncionis Marchionatum, cum S. Remigii, & S. Canati Dynaſtiis legavit: [4] annô 1479, Novemb. 22, (ſolido poſt Nuſſienſem obſidionem, fœduſque cum Friderico III, & Ludovico XI, A. D. 1474, Octobris 10, percuſſum quinquenniô, poſt Caroli Burgundiæ Ducis ad Nanceium, A. D. 1477, Ianuar. 5, cædem biennio) Yolendi filiæ & Renato nepoti, diplomate Aquis ſcripto, Barrenſis Ducatus (quem ſibi adhuc ſervabat) promiſſionem confirmavit; annô vero 1480, Iulii 10, vacuam moriens promiſſi Ducatus poſſeſſionem reliquit. Cum igitur unicum ad anni 1480 Iulium menſem, à matre conceſſum Lotharingiæ Ducatum tenuerit Renatus Dux; Barrenſem cum Moncione poſſederit avus maternus, qui illo ipſo jure, quô Andegavos cum Provincia Carolo fratris filio, & Moncionem Ioanni filio naturali donavit, Carolo eidem Barrum, quo ante donatus erat, donare poterat; nec Renatum Lotharingum, vel Barri poten-

[1] Geneal. Lothar. prob. p. 201.
[2] p. 237.
[3] p. 195.
[4] p. 234.

tem, vel de eô poſſidendo certum; quô tempore cum adverſus Burgundum excitabat, viderit, aut videre potuerit Fridericus III; etiamſi Barrum *coronæ* ejus *obnoxium* fuiſſe tibi largiremur, ab eo cui *gemini* tunc *Ducatus* non erant, propter *geminum Ducatum*, debitumque tuâ opinione ob utrumque ex æquo *hominium*, *fidelitatem* exigere minime licuit; unius certe *hominii* debitorem, cui nullo modo aptari interpretatio tua potuiſſet, tunc temporis conveniebat: Quô igitur ſenſu Renatum *coronæ ſuæ fidem gemine debuiſſe* putavit Fridericus? uno verbo expediam, Chiffleti, eum duplicis debiti monuit; cum enim *propinquus* eſſet, & *cliens*; *jure naturæ* in propinqui partē inclinare, jure *regni* feudi Domino militare debuit; de *Clientelâ*, quam præter modum extendis, non dubitas; de *propinquitate* ne ambigas, en ejus demonſtrationem.

	Otto Dux Bajoariæ Agnetis Palatinæ maritus.			
Rudolfus Habſburgi Comes ac exinde Rex, Annæ Hogenbergicæ maritus.	Elizabeth Mainardi Carinth. uxor.			Ludovicus I I Matthildis Habſpurgicæ maritus.
Matthildis Ludovici II Bajoar. uxor 3. — Albertus I.	Elizabeth.			Rudolfus Matthildis Naſſoviæ maritus.
Albertus Contractus Ioannæ de Firreto marit.	Iſabella Friderici I I I Lotharing. Ducis uxor.	Iutta Ludovici Oeting. Comitis uxor.		Adolfus Ermengardis Oeting. maritus.
Leopoldus Viridis Mediolan. maritus.	Rudolfus Mariæ Bleſenſis maritus.	Ermengardis Adolfi uxor.		Robertus Beatricis Aragon. maritus.
Erneſtus Zimburgis Maſſovicæ maritus.	Ioannis Sophiæ Wirtember. maritus.			Robertus Rex Rom. Iſabellæ Nurembergicæ marit.
Fridericus I I I.	Fridericus Margaretæ Ionevillanæ maritus.	Carolus I Margaretæ marit.	Margareta Caroli I uxor.	Ludovicus Matthildis Sabaud. maritus.
	Antonius Mariæ de Haricuriâ maritus.	Iſabella Renati Regis uxor prior.		Robertus Colon. Archiepiſc. cujus A.D. 1474 patrocinium adverſus Fridericum I I I ſuſcepit Carolus Dux Burgund.
	Fridericus Vadonis montis Comes.	Yolendis Friderici uxor.		
	Renatus Dux Frederici I I I *propinquus*, & propter Lotharingiæ Ducatum *cliens*.			

Vides, quam miſerum ſit, tuas eſſe aliquid putare nugas? difflatâ tuâ de gemino Renati Ducatu nebulâ, concidant oportet, reliqua de Lotharingiæ & Barri Ducatibus, *Imperii* (ſi Deo placet) *membris* ſomnia; neuter enim *Imperii* proprie dicti unquam fuit, ſed ille *regni Lotharingici*, quod ab A.D. 926 Germaniæ Reges, *Imperatores* & *Reges Romanorum* abuſive jamdudum dicti, invaſerunt; hic *Francici* ab initio fuit, & nunc eſt: quodque de *Imperii* Germanici anno 1470 renovatâ matricula garris, in quam *Barrenſis Ducatus relatus ſit*, ſomnorum è patria ſilentibuſque umbris diditâ ſede in cerebrum tuum devolavit: *matriculæ* enim *Dux* Barrenſis inſcriptus eſt, non *Ducatus* (quem alieni juris noverant Germanici Ordines) ſed *feudorum Lotharingicorum*, quæ *Barri Comites* primum, ac exinde *Duces* tenuerunt, ratione.

[a] Comment. Loth. p. 40. P. Matth. lib. 9.

Ne nullum à ſcopô aberrandi finem facias, hæc ſcribis, [a] *Anno demum* 1480, *poſt Renati Andegavi, Ducis Barrenſis & Provinciæ Comitis obitum*, *Ludovicus* XI, *Franciæ Rex*, *Barrenſe Caſtrum occupavit*, *Scotis præſidiariis in eô conſtitutis ſub Albiniaci ductu*; *mœnia reparari juſſit*, *& Francica lilia portæ decumanæ imponi.* Ego vero 3 hîc peccata obſervo; poſt dormitionem Caroli Andegavi, quem Renatus Rex hæredem præcipuum nuncupaverat, quique Ludovico XI, ac *ſucceſſoribus* ſua univerſa

A. D. 1481, Decemb. 10 donaverat; Barri occupatio contigit, ejuſque prætextus ex Carolina illa donatione ortus eſt. 2. Renatum Andegavum, quaſi capite minutum, quia ab Hiſpanis ſuis regno hæreditariô & legatô exactus eſt, maligne in medium protrahis, neque *Regio titulo*, quem illi Hiſpani ſoli denegarunt, dignaris. 3. nihil quod cauſæ tuæ ſerviat adducis; fac enim non ſemel, ſed centies, Barrum à Francis ſub manu poſitum, ac exinde *reſtitutum* fuiſſe; quid hoc ad *Imperialia* illa quæ crepas *Barrenſia?* An qui reſtituerunt, regni feudum eſſe negarunt, aut *Imperio Germanico* adjudicarunt? reſtituendo Regium nec *patrimonium*, nec *comparatum* eſſe, ex veri conſcientia confeſſi, ejus *proprietatem* priorum Ducum hæredibus, ſub eadem, quam agnoverant, *hominii* lege reliquerunt, *ſupremo* Regum in Barrenſem ditionem *dominio* vel tantillum decedere noluerunt: [1] *Iuſte & ſapienter* (Stephano Paſchaſio judice) *decrevit Conſilium Regis Ducatum Barri Renato reſtituendum eſſe*; [1 lib. 6. c. 28.] *reſtitutum* A. D. 1484, qui Ludovici XI mortem proxime ſecutus eſt, Philippus Comminæus [2] & Franciſcus Belcarius Metenſis Epiſcopus [3] teſtati ſunt, [2 lib. 7. c. 7. 3 lib. 6. c. 7.] Francoſque alieni appetentes non eſſe docuerunt; Meyeri (qui quicquid vitrea bilis dictabat, in Ludovicum XI evomuit) latratibus percelli ſe cordatus nemo ſiverit; ne tu, opinor, probas quod, ut inſolentius Ludovici famam admorderet, genuinum in Frederico III, Caroli V, in cujus gratiam ſcribere videbatur, proavô infigere non dubitavit, [4] *injuriam* (quam à Ludovicô XI illatam mentitur) *Imperator, ſi vir induſtrius & fortis fuiſſet, facile propulſaſſet*; [4 Meyer. Annal. lib. 17.] quaſi vero corde caruerit, qui, cum [5] *rei ad ſe non pertinenti ſe miſcere culpam eſſe* noſſet, ἀλλοτριοεπισκοπεῖν indignum putavit, [5 dig de Reg. jurp. c.] quidque rei in Barrenſi ditione regni vicini membro gereretur, diſcutere ſui tribunalis non eſſe prudentiſſime judicavit; quæ vero Ludovici (ſi mordaciſſimum convitiatorem audiamus) culpa? *de rebus diſponebat alienis, nihil enim juris aut diſpoſitionis in Provincias habebat Imperii*; ſed nec Barrum in *Provinciis Imperii* fuit, aut (Deo dante) erit unquam; neque Ludovicus, *de Barro*, pro ſupremi in univerſum Regni à Deo commiſſi Corpus dominii jure *diſponens*, ſibi *juris* aliquid *aut diſpoſitionis in Imperii*, ſive regni cujuſcunque alieni, *Provincias* arrogavit; tu vero infrunitiſſime diſputator, hoc ipſo quod criminatorum gentis noſtræ maledicta pro juſtis adverſus nos argumentis habes, æquis & bonis æternum faſtidium movebis.

Sæculi 15 metas prætervectus, in 16 annum 1541 oculos conjicis, quo ab Antonio Duce, & Franciſco filio Nanceii April. 22, literæ datæ ſunt, quibus agnoſcunt *ſe eſſe homines ligios & vaſſallos Regis Franciæ ratione Ducatus Barrenſis*, &c. *juxta reſumptiones à ſe ſuiſque deceſſoribus factas*; adduntque in fine *ſalvis ſacri Imperii juribus*. [Com. Loth. p. 100. ex Ceremonialis Franc. Tom. 2. p. 669.] Vis autem *ex illis dilucide apparere non fuiſſe mentem Antonii Ducis hominium præſtare Regi de toto Barrenſi Ducatu, ſed de terris de quibus Henricus* III *Barri Comes fidem Philippo Pulchro fecerat*, nec id forte improbabile eſt: ſed tria hîc peccas, dum Henricum *captivum, per vim*, & *præter jura Imperii* (à Champerio, Waſſeburgio, & Roſerio malefeiatis & mendacibus falſus) literas ſuas ſcripſiſſe aſſeveras. Quis enim veterum Henricum ſub Philippi Regis cuſtodia, vel ad momentum fuiſſe ſcripſit? ille Campaniam, ab Anglo ſocero anno 1297 excitatus, invaſerat, ſed à Gualthero Caſtellioneo Stabuli Comite pro merito exceptus, veniam & pacem rogare, idoneâ pro damno regno illatô ſatisfactione oblata, coactus eſt;

cum igitur interceſſiſſet Ioanna de Tociaco parens, cujus literæ anno 1301, feria poſt Pentecoſten 6 datæ ſunt; ipſe Brugas ad Regem bello Flandrico implicatum profectus, ſe Principi, cujus clementiæ ſua omnia debebat, obnoxium confeſſus eſt; nec unum à pœnitente apicem, quo regni Germanici *jura* minuerentur, quiſquam exegit. Antonium à *Franciſco Rege,cui affinitas* Caroli v *ſuſpicionem movebat*, *addita comminatione de fide præſtanda interpellatum*, *coactum literas* à Gothofredo noſtro editas, quibus *Imperii jura ſalva* eſſe volebat,dediſſe putas. Eſto. Id tamen quod impugnas agnovit, Barrum ſcilicet, cum tota ditione Tranſmoſanâ & Baſſiniacenſi Franciciæ ditionis eſſe diſerte profeſſus; quidni Carolus abnepos ejuſdem profeſſioni ſubſcribat? Ne officio ſponte fungatur, Antonium atavum (inſerta literis à ſe ſcriptis *Imperii jurium* mentione) Francos ludos feciſſe, totamque ſponſionis ſuæ fibulam laxaſſe pronuncias; quî vero? *Imperii jura cum primitiva eſſent, & ipſi Barro coæva, qualitercunque datam fidem externo Principi irritam faciebant.* At hæc omnia, ut falſa, ſic pudenda ſunt; nihil *Imperio* (quod vocas) trans Moſam, qua Campaniæ obverſa eſt,ab anno 926, cum fuiſſe certum ſit; Barrique munitionem *in regno conſtructam* coætanei referant; quæ *primitiva* vocas *jura*, nulla prorſus fuerunt; quæque abſolute non erant, hoc ipſo quod *non Entibus* accenſenda erant, nec *primitiva*, nec Enti cuiquam *coæva* dici (niſi per merum ludibrium) poterant; quis enim ſanus, in eo quod abſolute non eſt, nihilque prorſus habet, aut habere poteſt; ætatem, quæ exiſtentium conditio eſt, quærat? ſi ea quæ obtendis *jura*, nec *primitiva*,nec *Barro coæva*, nec omnino fuere; Barrum vero *in regno* fuit, Barri Duci Rex externus Princeps, nec fuit, nec eſſe anno 1541 potuit; ſed naturalis, adeoque ſolus.

Hactenus falſis tuis revincendis incubuimus; injurias nunc maximis Principibus illatas propulſare juvat; nec enim inſanabile, quô teneris, illuſtribus quibuſcunque obtrectandi cacoethes, ulli probo ferendum eſt: Antonium Ducem qualemcunque Regi datam fidem irritam feciſſe ſcribis; verba ergo, (ex tua ſententia) ſciens prudens, incauto & meliora ſperanti dederit; Viderit vero, qui ei vitam fortunaſque omnes debet Carolus III, an generis ſui auctorem impoſturam feciſſe, planoſque, qui fallere, juſtoſque pioſque videri nequaquam vero eſſe in votis habent, imitatum fateri; quam exſerte, quod res erat, & forti pectore dignum fuerat, locutum malit: nos cordatum & famæ, quam vitæ ſtudioſiorem, ſecum paciſcentium ſimplicitati (exquiſito mendaciorum veri ſpecie fallentium fuco) illuſiſſe, *fidei ſuæ erga Franciſcum* I *Regem profeſſionem reverâ penitus aboleviſſe*, *Ducatum* denique *Barrenſem totum Imperio obnoxium* (licet aliud ſimulare videretur) crediddiſſe putare nefarium cenſemus. Id etiam nobis intolerandum videtur, quod generoſiſſimi & ad fraudem minime compoſiti Herois Franciſci I, nomen diabolica calumnia proſcindere auſus, cum *decennales inducias annô* 1538 *apud Nicæam pactas violare in animo* anno 1541 *habuiſſe*, *& reapſe illas anno* 1542 *fregiſſe* mentiris; quî enim de violandis injudiciis cogitare potuerit, qui violatas à Caroli v Vicario, poſt fidei ab Antonio Duce ſcriptam profeſſionem, fruſtra per annum integrum queſtus, ad arma tandem venire coactus eſt? quî eas *fregerit*, quem *fractarum* eluſæque patientiæ juſtiſſimus dolor, ad neceſſaria ultionis conſilia tandem compulit? Læſæ igitur in utroque abavo (multiplici tuo ſcelere) Majeſtatis,Carolo III Duci,nobiſque omnibus pœnas debes; quas

ut ut

ut ut in præſens effugias, ſuo tempore ultrix Domini manus, niſi animum mutes, repoſcet. Scriptam *Norimbergæ* anno 1542, *die 26 menſis Auguſti* transactionem, & Caroli V confirmationem *Spiræ annô* 1543, *Iulii* 28, Antonio Duci jam affini, ac forte defectionem cum filio meditanti datam oſtentas, Franciſcum enim primogenitum, Chriſtianæ Chriſtierno Danorum Rege, & Elizabetha Caroli V, & Ferdinandi I, Auſtriacorum germana natæ, & Franciſci II Sforciæ Mediolani Ducis infenſiſſimi Francicæ domus hoſtis relictæ, Ratisbonæ A. D. 1541, Martii 20, deſponſaverat. & paulo poſt indignam Antonii Rinconis, & Cæſaris Fregoſii Francicorum Legatorum, procurante Alfonſo Davalo Vaſti Marchione, Caroli V in Inſubribus Vicariô, Iulii 3, feria 1, patratam cædem, violataſque inducias junxerat Antonius. Quod Sleidano coætaneo teſte lib. 14. *moleſte Galliæ Rex tulit, eoque magis, quod anno ſuperiori filia Lotharingi nupſerat Auraicæ Principi Renato, qui totus à Cæſare pendebat.* Videndum itaque an quicquam in ea ὕπȣλον, lateat. [1] Antonius *Lotharingiæ Ducatum ſtatum liberum, nemini ſubjectum* eſſe, ſe vero *ratione quarumdam ditionum particularium ſui Ducatus feudatarium, & ad Imperium attinere* proteſtatus, contributionem modicam offert, *non tantum ratione* feudorum particularium, *ſed & propterea quod illa incorporata erant in ſuo Ducatu, ut etiam ipſe, & totus* Lotharingiæ Ducatus *protegerentur, & defenderentur eodem modô & formâ, quô cæteri Ducatus & ſtatus Sacri Imperii protegi ac defendi ſolent*: Cumque [2] *replicatum* eſſet, *ex facta inquiſitione, credi & exiſtimari*, Ducatum Lotharingiæ *eſſe, & de jure eſſe debere ſubditum Sacro Imperio*; *habita ratione, quod* Duces Lotharingiæ *temporibus præteritis, & huc uſque, comprehenſi* eſſent, & fuiſſent, *in taxationibus Imperii, quemadmodum probari poſſet, præter alia in hanc rem haud minimi momenti argumenta.* tandem cum Lotharingicis Legatis conventum, *Ducem* Antonium *& ipſius hæredes, non tantum cum* membris, aut Statibus particularibus dependentibus ex feudo, & feudo ſubalterno ab Imperio, *verum etiam cum* Ducatu Lotharingiæ, *& iis* quæ ad illum pertinent, *tanquam ad Ducatum, nempe* Album Montem, Muſſipontem, *& ſimilia, manere debere in poſterum, & in perpetuum, ſub tutela Imperatoris, Regis Romanorum, & Sacri Imperii; defendique, ac protegi eodem modô, quô alii Ducatus & Status Sacri Imperii*, &c. [3] *Ducem tertiâ parte minus, eô quod uni Principi Electori imponitur, pendere pro ſolutione collectarum & contributionum, pro conſervatione pacis publicæ erectæ in Imperio, pro ſecuritate & ſalvo conductu, Romanis Imperatoribus & Regibus, qui quoquô tempore erunt, Sacro Imperio, ejuſdemque juriſdictioni ſubeſſe, & ad id ſpectare*, &c. *Ducem cum ſubditis, ab omnibus proceſſibus, mandatis, & Iudiciis Imperii, tam in primâ, quam aliis inſtantiis, liberos & exemptos eſſe; nullis proceſſibus, mandatis, citationibus, appellationibus acceptandis, aliiſque negotiis, quocunque ſub titulo, nullo excepto (niſi iis quæ ad ſolutionem collectarum & impoſitionum, ad manutenentiam Pacis publicæ, & ad ſecuritatem & ſalvum conductum ſpectabunt) relinqui immunes*; Ducatum Lotharingiæ, cum ſuis appertinentiis, liberum & non incorporabilem Ducatum eſſe, & manere ſemper, &c: *pro libero & non incorporabili Ducatu, Superioritate & Principatu recognoſcendum, nominandum & habendum eſſe. Quicquid ipſe ac Majores, ab Imperatoribus & Imperio in feudum habuerunt, receperunt, ac tulerunt, ipſum ac ſucceſſores in futurum, eodem*

[1] Comm. Loth. p. 32.

[2] p. 33.

[3] p. 34.

modò in feudum habituros, & decenti modò recepturos & laturos, in hoc tamen exceptô, Lotharingiæ Ducatu, qui liber & non incorporabilis Ducatus *erit, & manebit ſemper*, &c. Cum Ferdinando Rege; Chriſtiernæ Antonii Ducis nurus avunculo, Albertus Moguntinus, Ioannes Ludovicus Trevirenſis, Hermannus Colonienſis, Ludovicus Comes Palatinus Rheni Electores, abſentiumque Legati pepigerunt, univerſa (poſtulante Antonio Duce) [1] rata Carolus v habuit, *Ducemque ac ſubditos*, Ducatum Lotharingiæ & dependentias illius *transactione* iſta *in poſterum uti, frui, & gaudere* voluit.

Antequam ulterius provehamur, nonnulla ad hanc transactionem notanda veniunt. 1. Cum ea, belli à Franciſco I Rege (illatæ in Legatorum cæde injuriæ impatiente) anni 1542, Iulio menſe denunciati flagrante incendio, ejus rogatu pacta fuerit, qui (adſcitis externis, & ſuſpectis genero & nuru) regium animum pupugerat; adverſus imminentem ab offenſo patrono vim Imperii Germanici ſibi, ſuis, ditioni quomodocunq; ſubditæ, præſidium velut deſertarum partium præmium quæſiviſſe videri potuit. 2. defectionis à regno Francicô ſuſpicionem vix effugerit,[2] quod *Spinalii*, quæ ſe *annô* 1444. *Indict.* 7. *Septembr. menſis die undecima*, Renato Rege tunc Lotharingiæ Duce præſente, *Chriſtianiſſimo Principi Carolo* VII, *& ſuis in regno, & corona ſucceſſoribus, tanquam vero & ſupremo Domino, in omnibus, & per omnia* (*ſicut cæteri in regno ſubditi*) *ſe ſuppoſuerat, & ſubmiſerat, Ballivus, Claudius de Pallers, Dominus de Iaudelancourt*, legationem ad Comitia Germanica Antonii Ducis nomine obire juſſus eſt. Nolim tamen eum abjuratæ, quam regno noſtro multis nominibus debebat, fidelitatis, eum reum peragere; ſiquidem anni 1544. [3] *Ianuario menſe, Nanceti* Regii legati, ut *cautionem Caroli Cæſaris expectarent, ſubſiſtere*; remiſſo fæciali, *cum* Duce *conſilia contulerunt*; *Dum adhuc Nanceii commorantur, venit Spiram ejus nurus, ut quod ipſe non potuit, nec alii quidam, hoc iſta, quæ Cæſaris eſſet è ſorore neptis, & precibus, & lachrymis & commendatione ſexus, impetraret.* Ipſe *neutri addictus*, quique *jam olim cum utroque pactus erat, ut id ſibi liceret, tamen cum ad ſuos fines bellum eſſe gerendum, nec id ſine gravi ſuô diſpendio fieri poſſe videret, de pace multum ſolicitus*, Iunio menſe *mortem obiit, non tam ætate gravis* (utpote annos 55 natus) *quam ſolicitudine confectus; ob vicinum ac pene domeſticum bellum.* Eadem filii ratio, Septembris enim 24 pax ſancita eſt, [4] anni vero 1545 æſtate, *relicto filiolô duorum annorum*, obiit; *orta*que *de tutela inter matrem* & patruum *contentione*, cum *in* hunc *nobilitas omnis magis inclinaret, interceſſione Cæſaris adminiſtrationi præfecti ſunt ambo, ſic tamen ut* matris *eſſet auctoritas præcipua*; ſed nec avunculum patrocinii Lotharingiæ Norimbergicâ transactione promiſſi memorem experta eſt, ſiquidem *Hiſpanorum copias*, pace facta, *in Lotharingiam miſit in hyberna*, quæ *cum damni plurimum dediſſent*, non ante Aprilem diſcedere juſſæ ſunt. 3. transactione Norimbergicâ cum nulla ſive Barri, ſive Barrenſis ditionis mentio fiat, nihilque ſit, quô vel in ſpeciem Francica in eam jura convellantur, aliena prorſus à propoſito tuô eſt. Quid tu contra?

1. *In præfatione* [5] *Carolus* V, *inter Lotharingiæ* Ducatus dependentias *recenſuit* Muſſipontem; *Ferdinandus* vero *Rex declaravit* Ducem Lotharingiæ, cum Ducatu Lotharingiæ, & iis quæ ad illum pertinent, tanquam ad Ducatum, nempe *Album montem, Muſſipontem* & ſimilia, manere debere in poſterum

[2] hiſt. Loth. prob. p. 231. 32.

[3] Sleidan. lib. 15.

[4] lib. 16.

[5] Comm. Loth. p 38.

ſterum, & in perpetuum, ſub tutela,& defenſione Imperatoris,Regis Romanorum, & Imperii; *ubi ſerio notandum urbem Muſſipontanam nominari, tanquam quid pertinens ad Lotharingiæ Ducatum.* In promptu cauſa eſt, Moncionis Marchionatus Ioanni filio notho ejuſque ex legitimo matrimonio procreatis à Renato Rege, Antonii Ducis proavo, legatus, anno 1506, Maji 25, ejus manu jam excuſſus ſolo titulo relicto fuerat; Antonius Dux A. D. 1530 ſeipſum, anno 1541 Franciſcum filium *Moncionis Marchionem* inſcripſit, & *Marchionatum*, Moſellæ adjacentem, & à Carolo IV inſtitutum, Lotharingico Ducatui adnexuit; quod pro jure ſuo, cum uterque *Lotharingicus* videretur, potuit; addis tu, Moncionem *Barrenſis ditionis Civitatem* fuiſſe, ut *in pacto* Norimbergico *Barrenſia pro Lotharingicis habita fuiſſe* quodam cum colore *colligas*; ſed cum falſum, jamque à nobis everſum, collectioni tuæ fundamentum ſternas, ἐν κόρακας id, cum cæteris nugis tuis, abeat (quantumvis relucteris) oportet.

Barrum à Friderico, qui Lotharingiæ Ducatum tenuit, fundatum, tecum licet confeſſi ſimus; quod adjicis,*non alienum videtur* Barrum *à prima ſua origine fuiſſe quid dependens à Ducatu Lotharingiæ*, *quamvis poſtea per connubia, & donationes, in alias familias tranſierit*; hoc ipſo admittere non poſſumus, quod Barrum *in regno* noſtro muniri primum cœperit; fuit igitur *ab origine* à Duce *dependens*, non quatenus *Dux* fuit, ſed quatenus *fundi Francici* extra *Ducatum* ipſi commiſſum; imo extra *regnum*, in quo *Ducatum* illum exercebat, poſſeſſor fuit; unde ſequitur *à Ducatu Lotharingico* neque *dependiſſe*, neque *dependere* jure potuiſſe. Waſſeburgium falſi multiplicis reum, non audimus, niſi in his quæ ex prioribus confirmari poſſunt; ei ergo in eo quod Barrum à Friderico, *quo facilius* Campanis *obſiſteretur, eſſetque veluti repagulum* ſcripſit, quia alios priores ſecutus eſt aſſentimur; extructum *ut ditiones* Francicam & Lotharingicam *ab invicem dirimeret*, negare nos ipſa veritatis vis cogit; cum enim Barri munitio in regno ultra fines Lotharingicos, qui ſemper ab A. D. 926 iidem manſerunt, cœpta ſit; eos à *Francicis* nec *diremit*, nec *dirimere* potuit; nec eo fine ut *dirimeret*, conditum dici à quoquam debuit.

2. De Sigeberti loco jam vidimus, *Barrum Odo* in regno *obſedit & cepit*, eundem Gothelo extra commiſſi *Ducatus fines*, in Francicâ ditione, Regis ipſius, qui oppreſſum communem hoſtem volebat, mandato debellavit, & Doncherii donatione, ob præclarum facinus, ab eo muneratus eſt; Campanus *exercitus*, vel hoc nomine *à Lotharingiâ*, quam invaſerat, *fugere* compulſus eſt,quod ante prælium,ejus finibus (ſibi metuens)exceſſerat;poſt prælium, vano ſe metu nequaquam perculſum,ſibique à Lotharingia longo longius recedendum, ſuo damno ſenſit; ſi enim ei in Lotharingiæ vicinia conſiſtere nequaquam licebat, quanto minus *in Lotharingia*, quam jam (impendentis perniciei præſagus) deſeruerat, conſiſtere licuiſſet? de Barrô nihil Æmilius, qui vere Odonem *in provinciam Imperatoris* irrupiſſe, *Leucos*que *obſediſſe* ſcripſit; iis quæ Odo *in regno Imperatoris invaſerat* locis (cum eorum Wippo nomina non edat), *Barrum* tibi extra *regni* illius fines poſitum (etiamſi id poſtea ab Odone retrocedente obſeſſum ſit) annumerare non licet; utrumque enim verum eſt; *loca in regno Imperatoris invaſit*, Barrum vero *regno* eodem egreſſus *obſedit & cepit* Odo. Recte *in Tullenſi pago Barrum* ab eo *ob-*

ſeſſum

ſeſſum ſcripſit Glaber , quandoquidem *Tullenſis pagi* pars Occidentalis in quâ Barrum Francica , Orientalis in quâ Tullum Lotharingica fuit. Vere etiam Guaguinus *in Auſtraſiæ regno* , *Barri* & *Lotharingiæ* Ducatus collocavit; ſed tu tam falſo *Auſtraſiæ Lotharingiam*,ejus tantum partem complexam *ſucceſſiſſe* pronuncias; quam temere *Theodericum & Sigebertum Auſtraſiæ Reges ſedem ſuam Regalem in Civitate Rhemenſi conſtitutam habuiſſe* ſcribis : quodque ex uno Anonymi, qui *Geſta Francorum* infiniris fabulis conſpurcata edidit, capite 29 hauſeras, Gregorio Turonenſi imputas, qui libri 4. c. 22. à te laudati , ſorte *Sigerberto regnum Theodoriti* , *ſedemque habere Mettenſem datum* fuiſſe notavit, & Fredegario perſuaſit; capite vero 23. *Chilpericum Remos perva ſiſſe* , *& alias civitates quæ ad* Sigebertum *pertinebant* , *abſtuliſſe*, memoravit, idque Fredegarium c. 55. docuit. longe enim differunt , *ad Regem* aliquem *pertinere* , quod Gregorius de *Remenſi civitate* aſſeverat ; aliud Regis ejuſdem *ſedem* eſſe , quod idem *Metenſi* civitati vindicat ; nec tu inter ſe diverſiſſima confundere debuiſti.

Othonis Friſingenſis natione Germani , *Imperii* Germanici *Principis*, *& ſcriptoris duodecimi ſæculi*,ex lib.1.c.44. de geſtis Friderici verba tibi nequaquam favent ; *Imperatorem Rex Francorum Ludovicus non multo poſt* cum ſuis *ſubſecutus eſt* , *ducens ſecum ex* noſtris Lotharingos ; *quorum Principes erant Stephanus Metenſis, Henricus Tullenſis, Epiſcopi*; Reginaldus Munzunenſis, *& Hugo Vademontenſis Comites*. ut ut enim Reginaldum , qui *Moncionis* & *Barri* Comitatus tenebat , & origine Lotharingus erat , *Lotharingis accenſuerit* ; Barrum, quod ne nominat quidem *Lotharingiæ* nequaquam deputavit, ſed *Moncionem* , cujus reſpectu Reginaldus (qui Barri ratione *Francicus* erat) *Lotharingus* haberi debuit.

De Stephani Metenſis, Henrici Tullenſis , & Hugonis de Vadonis monte Lotharingica origine ne ambigas , en eorum Stemma.

Ludovicus Moncionis Comes,Sophiæ Friderici II filiæ & Barri Comitis maritus.

Theodericus I Ermentrudis Burgund. maritus.

Theodoricus Montis belgardiComes. | Rainaldus I Barri Comes,Giſlę de Vadonis monte marit. | Stephanus Metenſis Eccleſ. Epiſcop. gente & ſede Lotharing.

Gerardus Lotharing. Dux Hadwidis Namurcicæ maritus.

Theodericus II Dux Gertrudis Flandr. maritus. | Gerardus Comes de Vadonis monte Heilvidis Dagsburg. maritus.

Simon I. | Henricus Tulli Epiſcopus gente & ſede Lothar.

Hugo Comes. | Giſla Rainaldi I uxor.

In *Ioannis Pariſienſis* , *Canonici Regularis apud S. Victorem* , loco ex *Memoriali Hiſtoriarum anno* 1322 , *priuſquam Barri Comitatus in Ducatum erectus eſſet*, *deſinente* ſani nihil eſt. *Nunc* (inquit) *ſtrictius ſumitur* Lotharingia, *ſcilicet à Valle coloris ex unâ parte* , *& à Moſæ fluminis curſu verſus Franciam* , *uſque ad initium Diœceſis Trevirenſis* ; *continens Virdunum*, *Tullum & Metis urbes*, *partemque Diœceſeon Trevirenſis* , *Leodienſis*, *& Remenſis* ; *Ducatum ſcilicet Lotharingiæ ſeu Nanceii*, *Comitatum Barri cum aliis*, *Hasbaniam & Ardennam*. Cum *diſtributis* [1] anno 843 , Francici regni *portionibus*, *Lotharius inter* (¹ Annal. Bertin.) *Rhenum*, *& Scaldem*, *in mare decurrentem*, *& rurſus per Camaracenſem*, *Hainnaum*, *Loemſem*, *Caſtricium*, *& eos Comitatus*, *qui Moſæ citra* (id eſt ad Occidentem) *contigui habentur* , ſortitus eſſet ; ejus & filiorum ætate , imo ad annum

num 925 *Lotharingiæ*, Rhemenſis Diœceſeos, & Campaniæ pars, in qua Barrum caſtrum conditum eſt, tribui potuit; tunc enim Cameracenſem, Leodienſem, Trevirenſem, Virdunenſem, Tullenſem diœceſes, aliaque complura territoria complectebatur, poſt annum vero 926, quô eam ſibi Henricus *Auceps* vindicavit, non potuit; tunc enim Moſa limes ejus Occidentalis factus eſt, prout ipſemet Ioannes Pariſienſis, citatis à te verbis, fatetur; ex quibus confirmatur, 1. *Remenſis Diœceſeos* nihil ad Moſæ lævam poſitum *Lotharingicum* fuiſſe, *Barrum*que in Campaniâ Francicâ ad Moſæ Occidentem jacens, *Franciciæ* ditioni tribui debuiſſe; 2. non *Trevirenſis & Leodienſis diœceſeon partem*, ſed *Diœceſes* ipſas ſecundum ſe totas *Lotharingicas* fuiſſe. 3. *Hasbaniam & Ardennam*, cum Diœceſeos Leodienſis membra ſint, ab ea ſejungi, tanquam extraneum quid, non debuiſſe. 4. *Lotharingiæ* ſuperioris *Ducatum* improprie & abuſive *Nanceii Ducatum* dici, quia comparato à Lenoncurianis Dynaſtis, qui *de Nanceio* primum dicebantur, *Nanceio*, ibi ſedem ſuam Duces collocaverunt.

Eadem Caroli Stephani Pariſienſis, quæ Ioannis S. Victoris Canonici regularis ratio eſt; Barrum, ſublatô regnorum diſcrimine, confuſiſque eorum limitibus, Lotharingico, cujus pars non erat, male aſſignavit. Conſimilis etiam eorum error fuit, qui Ioannam Darciam *Lotharingam* vocaverunt; nullam enim cur Francicam negarent, cauſam fuiſſe jam demonſtravimus. Sed non ſine cauſâ probabili in Germanici *Imperii matriculam* Moncionis *Marchio* (quem jam pluries, ſed ubique falſo *ſuam in Barrenſi tractu ditionem habuiſſe* dixiſti) *relatus eſt*, & ab Andrea Sauſſayo in Martyrologii Gallicani ſupplemento, ad 12 Kal. Febr. 3 Kal. Iulii, & 3 Kal. Novembris ubi de Michaele Confeſſore, Humberga virgine, & Nantero Abbate agit, S. Michaelis cœnobium *in Lotharingia* collocavit; quandoquidem *Moncio*, ad Orientalem Moſellæ ripam, Pons Moncionis ad lævam in veteri Lotharingici regni ditione ſitus eſt; Sancti vero Michaelis monaſterium Moſæ ripæ Orientali in Lotharingici regni limite objacet; quod de Barro, niſi ſedes ejus longe ad Orientem transferatur, dici nequaquam poteſt.

3 Tuum [1] argumentum hoc eſt. *Dux Renatus anno* 1506 *unione perpetuâ junxit utrumque Ducatum Lotharingiæ & Barri, ita ut ex duobus ſit unus ſtatus; qui majoris Lotharingiæ Ducatus nuncupatione minorem Barrenſem recte incluſit in Norimbergenſi pacto.* De unione conſentimus, Chiffleti; eam ſine Regis, in cujus ditione & clientela Ducatuum alter ab initio fuerat, aſſenſu jure fieri potuiſſe; imo eo, quem fingis, modo factam negamus, teque ad Renati Ducis tabulas à te in Lotharingia tua maſculina editas, continuamque poſterorum ejus praxim provocamus; cum enim ſe *Lotharingiæ* & *Barri* Ducem, *Pontis Marchionem* inſcribat, unicuique Ducatui ſuum [2] *Archivum* & *Prætorium* [3] aſſervatum velit, alterum ab altero c. 8.9.10.11.23. ſedulo diſtinguat, de iis in maſſam (ut deinceps *unus ſtatus* [4] *eſſent*) redigendis ne cogitavit quidem; Antonius in pactis matrimonialibus A. D. 1544, Maji 16, feria 6 ſcriptis, in aliis de paterna hæreditate anno 1530, Octob. 27 ſancitis, in Teſtamento Barri anno 1544, Iunii 11 (integro fere poſt Norimbergicam transactionē bienniô) editô, Claudius ejus germanus in proteſtatione A.D. 1540, Auguſt. 19, factâ, & *præpoſituræ Vitriacenſis* (quia apud Barrum à Notariis excepta fuerat) ſigillo (in dependentiæ luculentum teſtimonium) munita; *Lo-*

[1] Comm. Loth. p. 40.

[2] c. 8. 10.

[3] c. 29.

[4] Loth. Maſc. p. 28.

tharingiæ & *Barri* Dux ex æquo vocatur; Franciſcus ejus primogenitus, & Carolus nepos, à Nicolao ſecundogenito, tabulis A. D. 1545, April. 10, & 1547 deſinente, datis, tuaque manu ex ſcriptis Lothar. maſc. p. 29. & Com. Loth. p. 43. Carolus rurſus à ſemet inſtrumento, quod p. 50. laudas; Henricus Franciſci nepos, in inveſtituris à Rudolfo Imp. anno 1609, Septemb. 9, & Matthia anno 1613, Octob. 11 datis; Carolus ipſe 3, in inveſtituræ diplomate à Ferdinando II, A. D. 1627, Aug. 6, ſcripto, *duplicis Ducatus* titulo inſigniti ſint; nemo *Barrenſem*, aut *minorem*, aut eclipſim paſſum, in *Lotharingicum* tranſiiſſe ſomniavit; tuque unus, ex duobus, *Majorem*, neſcio quem, qui in naturâ rerum non eſt, nec fuit unquam, *Lotharingiæ Ducatum* compingere; falſum, ridiculum, quemque nulla in hanc uſque diem extantia monumenta admittant, ſenſum Norimbergenſi pacto affingere potuiſti; tibi igitur, tuoque veneficio dementatis commentum tuum, ſi ſapis, ſerva; æterniſque tenebris, ne uſquam lectorum oculos offendat, damna.

4. Arreptâ pacti Norimbergenſis laciniâ, quâ Lotharingi *à proceſſibus mandatis*, *judiciis*, *Imperii* Germanici *liberi & exempti* pronunciantur; tu exemptionem illam, quanta quanta eſt, ad *Barrenſes* trahis: *Certum eſt*, inquis, *Cameram Imperialem ante transactionem Norimbergicam, non aliter de Barrenſium, quam de Lotharingorum litibus cognoſcendi jus habuiſſe; cujus in dictæ Cameræ Actorum Codicibus clara reperitur notitia.* Vnde *certum eſt?* ex Thouveninô. At Thouveninum ſcientem prudentem falſum dixiſſe, nullaque *in Cameræ* Germanicæ *Actis*, ſed in Senonenſi Ballivatu & Pariſienſi Parlamento Barri civium nomina *reperiri*, ex ipſis Parlamenti jam laudatis Regeſtis, & Caroli II Ducis à temet p. 52. prolatis actis, tam *certum eſt*, quam Solem meridie lucere: veriora ſubdis, *conſtat Barrenſes poſt Norimbergenſe pactum ab illis Imperialis Cameræ judiciis, & appellationibus fuiſſe liberos & immunes. Conſtat* certe, ſed aliunde quam ex *pactô Norimbergenſi*, quô nihil in Barrenſium gratiam præſtitum *conſtat*; cum enim *Francici*, in quos Cameræ nihil unquam juris fuit, *Imperii* ſubditi eſſent, ab externis omnibus judiciis, ut ante, ſic *poſt pactum Norimbergenſe*, quod illos ne tantillum tangit, *liberi* & tuti *fuerunt*: *unde* non quod vis, ſed plane contrarium *patet*, *illos* non *Lotharingos & Imperiales*, ſed Francicos *populos* habitos eſſe; qui pacto Norimbergenſi, quô nullo modo tenebantur, nec *comprehenſi ſint*, nec *comprehendi* jure poterint; quibuſque *libertati*, qua nunquam caruerant, *aſſeri* opus nequaquam fuerit.

Ad Thouveninum, tuo judicio, *doctum & ingenioſum virum*, *præclarumque* ejus *pro Franciſco* II *Duce Apologeticum* redis, ſine quô *haud ſatis perſpicua* Norimbergica *transactio videatur*; expendamus ergo, quandoquidem vis, quanti ponderis quæcunque ille diſſeruit eſſe poſſint; *Verum eſt*, (inquit) *Lotharingiæ Duces poſtremis temporibus conatos fuiſſe plenam obtinere ab Imperio libertatem, ſed qualicunque cura adhibita, manſerunt ſemper tali obligatione Imperio obſtricti, ut nullo modô ſe à veris* clientelæ officiis *liberare potuerint*; fac ita eſſe; quid ad nos, qui Francico regno ſua, non in Lotharingiæ Ducatum, ſed in *Barrenſem* ſolum jura nunc vindicamus, eandemque Barri & Lotharingiæ (quantumvis unum eundemque Principem ab annis 220 coluerint) conditionem fuiſſe negamus? ſed quod ſibi tanquam confeſſum ſumit Thouveninus, adeo falſum eſt, ut pacto ipſo Norimbergico refellatur, quo

Dux

Dux Antonius ejuſque ſucceſſores in futurum, quicquid à Rom. Imperatoribus & Imperio in feudum habuerunt, habere & decenti modo recipere juſſi ſunt; *in hoc tamen* excepto Lotharingiæ Ducatu, *qui liber & non incorporabilis Ducatus erit, & manebit ſemper.* Si enim *Ducatus* ille *liber*, & ab hominio *exceptus eſt*, prout pacto Norimbergico ſancitum eſt, non *obſtrictus* manſit; ſi *obſtrictus*, (quod Thouveninus cauſæ Lotharingicæ proditor, non patronus, voluit) *liber* nec fuit, nec ab hominio *exceptus*, prout pacto Norimbergico declaratur.

Vt ut Duces *à reſumptione & hominio ſui Ducatus abſolutos*, & *principes liberos* fateatur, *obligari tamen ad ſolutionem ſubſidiarii tributi, ad obſervationem publicæ pacis, ad ſalvos conductus à Germanis* Gleides *dictos, horumque ratione reſpondere, & Cameræ Imperialis juriſdictionem ſubire debere* contendit; nec Antonium Ducem, non *ratione* Ducatus, ſed *feudorum particularium in Ducatu ſuo incorporatorum, obligari* ſe paſſum videt; unde ſequitur, quod ſubjungit, *Duces non abſolvi, nec liberari à fide, in qua vera & unica feudi eſſentialis formæ conſiſtit, non eximi à feudali obſequio; fidelitatem ab iis obſervari debere, non ratione ſimplicis protectionis duntaxat, ſed etiam cauſa ipſius Ducatus*; & falſum eſſe, & Antonii Ducis (contributionem hoc tantum fine *ut ipſe, & totus Lotharingiæ Ducatus protegerentur & defenderentur*, offerentis) menti è diametro adverſum eſſe. I nunc, & peſſimi patroni, pacti Norimbergici interpolatoris verius, quam interpretis, *ingenium* prædica, ut non ſine cauſa, *lucem* quâ caruit, mutuari videare; tuo te judicio frui ſinemus; non tamen officio in notando Willelmi Beckers, à te laudati errore deerimus; cum enim in ſynopſi de publico jure Imperii Romano-Germanici *eodem privilegio gaudere Archiduces Auſtriæ, Duces Lotharingiæ & Burgundiæ* ſcribat; tuque Burgundiæ Duces, *ratione circuli Burgundici*, eo uſos velis; uterque fallimini: quandoquidem Burgundiæ Duces *Francici* ſemper fuerunt, *Germanici* nunquam; quibus ii *privilegiis* uſi ſunt, ea ſolis Francis Occidentalibus accepta tulerunt; *Circuli* denique, quem obtendis, *Burgundici* membra, *Burgundiæ Ducalis* ratione, nullo modo fuerunt.

Transactione Norimbergica *Barri* Ducatum nec *nominari*, nec *comprehendi* jam evicimus. Demus nunc *comprehenſum* fuiſſe; tunc pacta flagrante bello, cum Regis Regnique apertis hoſtibus, abſente & minime conſcio Rege, *ſine* cujus *facto, res* non tam *ejus* quam regni *ad alium transferri non poterat*, à ſubdito præter officium inita, adverſus nos urgebis; eorumque (*quorum in parem Imperium nullum* erat; qui ſine *culpa rei ad ſe non pertinenti miſcere ſeſe* non potuiſſent; quibus *alterius circumventio nullam præbebat actionem*) auctoritate præſcribes, ut Germanis adverſus nos, nulla culpâ noſtrâ, conjuratis, in noſtra impune involare; *iniquam nobis conditionem inferre* licuiſſe; Vaſſallumque noſtrum *ex ſuo delicto meliorem conditionem facere potuiſſe* putes? Nos qui *rata habere non poſſumus noſtro nomine non geſta, quæ contra jus facta fuerint debere pro infectis haberi, non præſtare impedimentum quod de jure non ſortitur effectum, non* denique Germanos *id quod eis reſtituere neceſſe fuerit, cepiſſe videri*, aperto ore & conſtanter pronunciabimus.

A Thouvenini commentis, ad Iacobi Rutantii *S. Michaelis Præſidis* manuſcripta [1] *adnotata*, tecum progrediamur; *Poſtquam* (inquit) *Carolus* VIII *Franciæ Rex Renato Duci, Barrenſem Ducatum omnino reſtituit anno* 1484, *nulli alii in toto Ducatu poteſtatem, & juriſdictionem exercuerunt præter Barri Duces*; [1] Contra. Loth. p. 41.

imo provocationes omnes tam à Barri, quam Baſſignæji Prætoriô, coram Barrenſium Ducum Iudicibus deciſæ & terminatæ fuerunt. Hoc primum mendacium. *Cujus rei fidem indubitatam faciunt acta diurna Prætoriorum, uſque ad annum circiter* 1536, hoc ſecundum. *Quô tempore tum infelicitas bellorum, tum malitia quorundam ſubditorum, qui turbis & diſſidiis favebant, in dictis Prætoriis quietem interturbarunt, dum à Barrenſium judicum ſententiis appellare intentarunt ad Pariſienſe tribunal; dederuntque occaſionem manifeſtæ uſurpationi juriſdictionis alienæ, quâ deinceps Parlamentum Pariſienſe uſum eſt.* hoc tertium, aperta in Barrenſes antiquo mori obſecutos, & Pariſienſem Senatum calumnia, conflatum. *Quâ de re cum Duces Renati ſucceſſores ſæpe queſti fuiſſent, apud Franciſcum* I, *& Henricum* II *Reges, inſtitiſſentque, ut juri ſuo reſtituerentur, plures emerſere tractatus, & declarationes contra uſurpationes ejuſmodi, cum illarum ſevera deinceps inhibitione.* hoc quartum adeo ridicule confictum, ut ſeſe indicio ſuo fingendi libido prodat; anno 1536 ad Pariſienſem Senatum, ex Rutantii epilogiſmis à Barrenſibus appellari cœptum, anno 1544 Iunio menſe, Antonius Dux, 1545 Iunii 4, Franciſcus deceſſere, intercedunt anni 9; 1547 Martii 31 mortalitatem explevit Franciſcus I Rex; 1552 Carolum II Ducem, qui vix annum ætatis decimum delibaverat, Remos, ut cum Delfino paulo juniore, gener futurus, educaretur, abduci Henricus II imperavit, Lotharingiæque univerſæ regimen Nicolao pupilli tutori, & patruo commiſit; quis per annos illos 15, quibus appellationum uſus invectus dicitur, Antonium, & Franciſcum, ſuo; pupilli nomine tutores, de *uſurpata juriſdictione* vel ſemel queſtos, eamque à Regibus *ſevere inhibitam* fuiſſe audiit? ſi quas habebat *declarationes* Rutantius, quî factum, ut eas publicæ luci invideret, nec earum numerum & tempus adnotare dignaretur? Sed nullas habuit, quibus vetuſtus ad tribunal Regium provocandi mos abrogaretur, fidemque nullam meretur, cum addit, *pactis illis decretiſque Ducatus Barrenſis confinia verſus Franciam ampliter declarata fuiſſe, cum expreſſa deſignatione rivorum & limitum, qui terras illas ab invicem determinant; quin & nonnullos tractatus* Cæſaris interventu, *& miniſtrorum ejus opera concluſos fuiſſe, ut oſtenderetur Barrum Imperii, & Regni verum eſſe obicem & repagulum*; *inſuper acta illa & inſtrumenta omnia in Archivis Ducum ſervari, eorumque apographa, manu Præſidis Alexii extare in magno volumine, quod ovilla membrana compactum eſt.* quando enim fieri potuit, ut *Cæſar ejuſque miniſtri* partes ſuas interponerent? anni 1536 appetente vere bellum Sabaudo Caroli V ſororio, & Antonio Levæ Mediolani præfecto illatum, vix anni 1538 Iunio menſe, in decennes inducias deſiit, quibus in Legatorum Francicorum cæde anno 1541, Iulii 3, feria I violatis, bellum anni 1542, Iulio menſe recruduit, annoque demum 1544, Sept. 24, facta pace ſopitum eſt. Ea vero anni 1552 vere (cum rogatus Henricus II pro Germaniæ libertate arma corripuiſſet) rupta, ante anni 1559, Aprilis 3, ductamque Februarii præcedentis 5, à Carolo II Duce, Claudiam Regis ejuſdem ſecundogenitam redintegrari non potuit; tunc idoneos pactorum dictatores, & concordiæ pararios dixeris, qui maxima temporis à Rutantio notati parte, Capitales Regum Regnique hoſtes infeſtis animis in perniciem noſtram ruerunt? ab annô 1536 ad 59, viginti tres tantum numerantur, quorum decem tantum pacati, reliqui turbulentiſſimi fuerunt; quid beatis illis annis quibus utrinque

dextras

dextras jungere licuit, Barrenſes Caroli & Ferdinandi Caroli Ducis proavunculorum beneficio conſecuti ſint, perluſtratis tam eorum, quam Lotharingorum Archivis, in apertum cœlum pande, nec nos *ovillis Alexii Præſidis membranis* fraudari diutius ſine; ſed *vervecum in patria* natus dici mereatur, qui vanis Rutantii & ſimilium pollicitationibus, ſinceri, ac ſolidi quippiam ſubeſſe perſuaderi ſibi ſinat; jamdudum bonæ fidei nuncium remiſerunt.

Denato anni 1545, Iunii 12, Franciſco Duce, Caroli pupilli legatis A. D. 1547, Novemb. 13. '*Concilii Imperialis decreto id reſponſi datum, quod tutores ejuſdem Illuſtriſſimi Caroli Ducis, ſecundum morem Imperii debebant pro pupillo præſtare juramentum & inveſtituram accipere* de feudis *ab Imperio dependentibus, ubi autem pupillus ad legitimam ætatem pervenerit, ipſemet renovare tenebitur.* Formulam vero juramenti tunc præſtiti hanc fuiſſe notas. *Ego Nicolaus à Lotharingia, tanquam tutor Illuſtriſſimi Principis D. Caroli* Ducis Lotharingiæ & Barri *nomine tutario, tam pro me, quam pro Illuſtriſſima Domina Chriſtierna de Dania Duciſſa Lotharingiæ ac Medıolani, vidua, tanquam Contutrice, conſtitutus ab eâ, ad negotium, legitimus actor & procurator, promitto & juro ad hæc ſancta Dei Euangelia corporaliter per me tacta, quod nos eo nomine, ex nunc in antea* fideles & obedientes *erimus vobis Sereniſſimo Principi & Domino noſtro Carolo,* &c. contra omnes homines, &c. *omniaque alia & ſingula faciemus, ad quæ* fideles Principes & Vaſſalli Imperii *Domino ſuo Romanorum Imperatori, & ſacro Romano Imperio de jure, vel conſuetudıne tenentur, dolo & fraude penitus ſemotis. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Euangelia.* ' p. 43.

Agnoſco, Chiffleti, nec uſquam *Lotharingiæ* & *Barri* Ducatuum ratione *hominium* exigi; cum id Lotharingicus, *liber* pacto Norimbergico declaratus, nemini; Barrenſis, Francicæ ditionis, alteri debeat; tu vero quid ex juramenti (hac ex parte iniqui quod Chriſtianiſſimum Regem non exceperit) formulâ commodo tuo ceſſurum putas? *Carolus honore Ducis gemino hic decoratur,* Lotharingiæ *ſcilicet ac* Barri, *qui poſtmodum annis Major, de Ducatus utriuſque Feudis inveſtitus fuit, à Maximiliano* II *Imperatore, hic haud dubie ab ejus tutore præſtita fides ad utriuſque Ducatus Feuda ſpectavit. Videſis capite ſequenti Imperiales inveſtituras.* Parebo lubens, ſed antequam eo me conferam pauca (ſi placet) quæram, 1. Cur inveſtituram à Maximiliano II, anno 1567 Caroli Ducis 25 factam, quæ ſequentium exemplar eſſe debuit, quamque quaſi eam protuliſſes, p. 56. laudas, nobis ſubtraxeris? ſive enim eâ carueris, probis omnibus temeritatis tuæ pœnas debes, hoc ipſo inexcuſabilis, quod ea ad incomperta, quorum fidem facere nullam potes, non ſecus ac ſi ad manum eſſent, ludionum more oſtentanda compellaris; ſive eam præ oculis habueris, doli mali reus teneris, qui eam ne falſi duplicis convictus infamiæ, quâ dignus es, notam ſubire cogereris, deſtinato conſilio occuluiſti. *Carolum gemini Ducatus* Lotharingici *&* Barrenſis *titulo* à patruo *decoratum* fuiſſe cum urgeas, adverſus teipſum facis; accuratâ enim & perpetua Ducatuum illorum diſtinctione ſic à Renato Duce annô 1506, ἀσυγχύτως unitos evincitur, ut collaterales manerent, alter ab altero nequaquam penderet, tua vero projectiſſima audacia velut impetu in te adverſa fronte facto profligaretur, nec eos deinceps eo *in unum Majoris Lotharingiæ Ducatus* ſtatum, cui Barrenſis *minor*, velut appendix ſub eo comprehenſa, acceſſiſſe crederetur,

 tur,

tur, ceu molem quandam arbitrio tuo compactam conflaret; ſenſiſti opinor quam id abſurdum eſſet, cum ambigua phraſi uſus, Carolum non *de utroque Ducatu* (quod dicendum fuerat, ſi uterque feudum Imperiale eſſet) ſed *de utriuſque Ducatus feudis inveſtitum* à Maximiliano ſcriberes; id tamen vere non ſcripſiſti, ſicut enim, nec *de Lotharingico* Ducatu (quia *liber* pacto Norimbergenſi & declaratus, & relictus fuerat) nec *de Barrenſi* (quia alienæ ditionis erat, pactoque Norimbergico comprehendi minime debuerat) *inveſtitus* dici potuit Carolus; ſic nec *de utriuſque Ducatus feudis*, quæ à Duce ipſo,non ab Imperatore,aut alio quoquam reſumere Vaſſali debuerunt; imo nec *de incorporatis* ſive à Carolo, ſive à Majoribus *utrique Ducatui feudis* abſolute, ſed *de* ſolis *Imperii feudis* libero *Lotharingiæ Ducatui incorporatis*, pacti Norimbergenſis vi *inveſtiendus* fuit, & reipſa *inveſtitus* eſt. Cum autem nec *de Ducatu utroque*, nec *de Ducatus utriuſque* (quod volebas) *feudis inveſtitus* ſit, aut *inveſtiri* jure *potuerit*; nec *de Ducatu utroque*, nec *de Ducatus utriuſque feudis*, ſed de ſolis *Lotharingico* libero *incorporatis imperii feudis*, (quantumvis contra contendas) intelligenda *juramenti à Nicolao* tutorio & procuratorio nomine *præſtiti formula* fuerit; nec ea ad *Ducatus*, aut *adnexa* eis ex regno Francico *feuda* extendi debuerit.

[1] p. 44. Conſtit. Imper. A. D. 1548.

Id etiam [1] *in ordinatione ſuper judicio Cameræ Imperialis in Comitiis Auguſtanis* anno 1548 *decretâ* nactus; *Ducem Lotharingiæ jus habuiſſe præſentandi Aſſeſſores Camerales, perpetuos, & togatos Imperii Senatores*; ut ut recte inferas *non ob aliam cauſam* decretum,*niſi quià* Dux *erat,& Princeps Romani*, ideſt Germanico Lotharingi, *Imperii*; male & falſo attexis, *ejus ambo Ducatus immediata & Principalia* ejuſdem *Imperii membra* eſſe, de Barrenſi enim, qui *Francicus* eſt, abſolute falſum eſt; de Lotharingico *libero* declarato, nonniſi *feudorum Imperii ei incorporatorum* reſpectu verum eſſe poteſt.

[2] lib. 10.

Cum ex Thuani immortali laude digna hiſtoria id hauſiſſes Carolum V [2] *Chriſtiernæ ſororis filiæ auctorem fuiſſe,ut Barrenſis Principatus nomine, fidem* Henrico II *præſtare recuſaret*; concludis ſtatim, *Cæſarem prohibuiſſe*, *quod ejuſmodi Ducatus Imperio obnoxius eſſet*; neutrum tamen ex Thuani verbis habes; potuit enim Carolus *recuſandi auctor eſſe* ſuadendo, non *prohibendo*; potuit rurſus *prohibere*, non *poteſtate Imperiali*, aut *Regia*, quæ in Barrenſes ei nullo modo competebat; ſed *auctoritate avunculi*; ridiculum vero eſt Carolum *prohibuiſſe*, aut *prohibere* hominium *potuiſſe*, quod *Barri Ducatus Imperio obnoxius eſſet*; cum enim id in quæſtione ſit, nec à te gratis ſumi, nec tanquam confeſſum nobis obtrudi debuit. Impudens etiam & falſum eſt, quod adtexis; *Conſtat de prohibitione Cæſaris, & Duciſſæ denegatione, falſoque ſupponebat Henricus Rex Barrenſem Principatum Gallicæ juriſdictionis eſſe, ac ſuperiores Duces fidem pro eo præſtitiſſe*; de ſola enim *Duciſſæ denegatione* nulla ratione ſubnixa tibi *conſtat*; de *Cæſaris prohibitione* compertum nihil habes; *Henricus Rex*, Philippi Pulchri, & Caroli VI majorum, exempla tibi nota ſecutus, *falſi* nihil *ſuppoſuit*; ſed tu, tenebrio, per transfoſſum maximi Principis latus, cujus præter meritum immanique auſu fidem ſugillas, Caroli III Ducis pronepotis, cui operam tuam addixiſſe videbare, jugulum petis. An impune feres? *Inique* rurſus ab Henrico *Chriſtiernam* cum *filiolo habitam* cauſaris, quam vere videamus; Debitum illa Caroli avunculi inſtigatione hominium *denegare* auſa, Regi merito ſuſpecta erat; *altero itaque poſtquam*

Nan-

Nanceium *venit die, conſtitutâ matri dote, & donatione propter nuptias attributa, Valdemontiô item Nanceii & totius Provinciæ Præfectô impoſitô, puerum Ducem Durocortorum Remorum; ubi tunc Delfinus erat, ſub Bordillonii ductu miſit; non ſine manifeſtô parentis dolore, quæ filium à ſuô amplexu divelli, & in Principis cum Cæſare avunculo bellum gerentis poteſtatem abduci ægre ferebat.* Si quid illa durius ab eo quem laceſſiverat, paſſa eſt, intempeſtivæ ſuæ ferociæ, iniquiſque avunculi conſiliis imputare debuit; in puerum clientem nihil à patrono iniqui admiſſum, ſi (dum tempus erat) ne inconſultis infeſtæ & ad injuriam pronæ parentis conſiliis corruptus hoſtiles animos induceret ſedulo cavit, eumque parentis affectu complexus, cum filio educari juſſit: *quo jure* ab eô *Valdemontio totius Provinciæ* cura demandata ſit, cum quæras; uno verbo reſpondeo, *inculpatæ tutelæ*; cum enim Chriſtiernæ odia jam expertus eſſet, ei omnem nocendi poteſtatem merito abſtulit, *Provinciam* vero *pupilli tutori* & *patruo*, cui jam ordinum decreto commiſſa fuerat, regendam reliquit. Quid in eo, quos appellas, *æqui judices* deſiderare poſſint?

Injuria novâ priorem cumulans, *injuſte* ab Henrico [1] *occupatum Barrum,* [1] Comm. Loth.p.45.
reſtitutione per Franciſcum II *facta oſtendi* dicis, & vetus Græcorum proverbium nobis apponis τὸν Φραγκὸν pro Φραγγὸν φίλον ἔχῃς γείτονα οὐκ ἔχῃς: ſed cum *reſtitutio* nulla facta ſit, nullam ſive *juſtam*, ſive *injuſtam Barri occupationem* præceſſiſſe, teque Thuani noſtri verbis à genuino ſenſu detortis inconſideratiſſime abuſum, vel ingratiis tuis, fateare oportet: Ne qua diverticula quæras, ipſum recta adeamus; [2] *peractis* (ait) *inaugurationis, atque ordinis con-* [2] lib. 23.
chiliati cæremoniis, Rex Barrum venit, *atque ibi jam tum* (*Catharinâ cum Gui-* A. D. 1559.
ſianis auctoribus) *actum eſt, ut* Rex ſupremum jus ac Imperium in Barrenſem Principatum *in Lotharingiæ Ducis ſororii gratiam à ſe abdicaret, detrimentoſo ac perfidioſo conſilio, quo Imperii Gallici Majeſtas manifeſte imminuebatur ac convellebatur.* Claudiam Henrici II ſecundogenitam A. D. 1559, Febr. 5, duxerat Carolus Dux; Iulii ſequentis 10, è vivis exceſſerat nuptæ pater; Septembris ſequentis 17, peracta fuerant inaugurationis ſolennia; Guiſii Mariæ Reginæ avunculi, & Caroli Ducis patrueles, nihil non poterant; iis inſtantibus de divellendo à Regni corpore Barro, quod per matrem ab anno 1545 ad 52; per patruum Nicolaum ad 59; per ſe à nuptiarum tempore, anno ætatis 17 ineunte poſſederat; an quod Barri *jam tum actum* dicit Thuanus, *ibidem tunc confectum* eſt? imo nec *tunc*, nec *poſtea*, decretum eſt; imo nunquam Deo dante decernetur; quodque jam tum *actum*, ſeu *deliberatum* eſt, in irritum ſponte cecidit; tu qui, *perfidioſum* Regi vix ephebo (utpote anni 1544, Ianuar. 20 nato, rerumque ſuarum nondum gnaro) datum *conſilium*, quod eventus deſtituit, in imaginarium de *reſtituendo*, quem nemo *occupaverat*, Barri Principatu, decretum transformas; an *jus proprietatis*, quo nunquam Carolus II caruit, cum *jure ſupremi dominii*, de quo abdicando anno primum 1559, ſed fruſtra *actum*, confundis, ut id ſibi, niſi invaſo alio deturbatiſque, & migrare juſſis veteribus poſſeſſoribus, retinere Reges non poſſint? Demus nunc quod nunquam Barrenſibus evenit, id ipſos expertos eſſe, occupatamque ab Henrico anno 1552, reſtitutam vero à Franciſco poſt octennium eorum ditionem; quid hoc ad *Barrenſia* tua, quæ nullo prorſus judicio commentus es, *Imperialia?* An quotieſcunque ſupremus feudi Dominus vaſſallum in cujus poſſeſſionem, vel ipſemet, vel alius prior manum, ſive jure,

ſive

ſive injuriâ injecerat, reſtituit, feudi reſtituti ſupremum dominium abjurat? ſi abjurat, fatere Ferdinando III in Palatinam, Wirtembergicam, Badenſem, Megapolitanam, Brunſuicenſem, &c. ditiones, quas pater ſub manum miſerat, nihil ex quo antiquis Dominis reſtitutæ ſunt, juris eſſe, caſque Imperii Germanici membra eſſe deſiiſſe. Si non abjurat, fatere rurſus Franciſcum II, retento ſibi avito ſupremi in Barrenſes dominii jure, Carolum II in integrum reſtituere potuiſſe; utcunque ſit, cum reſtitutum à vicino Francô Barrenſem ſcribas, fatere rurſus, Græcorum vetus de Francis proverbium plane ἀπεςτιλόνυσιν fuiſſe, remque proverbii ad Hiſpanos tranſiiſſe, à quorum ſive vicinorum, ſive longius remotorum uncis, nulli non metuendum eſt; quod Finalienſes, & Plombinenſes Dynaſtæ patrum memoria ſuo damno ſenſere, Elector Palatinus in præſens deplorat, cujus hæreditariam [1] poſſeſſionem ipſis à materno avo meliora ſperante concreditam, iſti (adverſus Germanicæ pacis pacta, ipſiuſque Ferdinandi III, ac totius Imperii Decretum) univerſis vicinis tremendi uſque nunc ſervant. Ad Henrici & Caroli III Ducum inveſtituras [2] à Rudolfo II, Matthiâ, & Ferdinando II, annis 1609, Septemb. 9. 1613 Octob. 11, & 1627 Auguſt. 6, factas tandem devenimus, quas ſimul, ac ſemel (cum aliæ ex aliis expreſſæ ſint, nihilque in illis præter perſonarum & temporum characteres diverſum occurrat) curatius expendere operæ pretium eſt; In univerſis Henricus & Carolus, diſtincte & conſtanter, *Lotharingiæ & Barri Duces* inſcribuntur, quod tuum de *uno ex duobus* Ducatibus *ſtatu, qui Majoris Lotharingiæ Ducatus nuncupatione Barrenſem minorem includeret*, deliramentum, unô (ut ſic dicam) flatu diſpellit, *unitatem*que quam ſomniaſti primus, cum *incluſione* æque imaginaria, nec Germanico Imperio, nec ipſis Lotharingicæ familiæ Principibus, uſque nunc in mentem veniſſe evincit. 2. de *Ducatibus* Lotharingico & Barrenſi neuter *inveſtitus* dicitur; unde conficitur tria illa Inveſtiturarum à te prolata diplomata, nullius ad cauſam, quam agendam ſuſcepiſti, momenti eſſe poſſe; cum nihil in Barrenſem Ducatum Imperio Germanico tribuant, nihil de ſupremô Chriſtianiſſimorum Regum, Regnique Francici in Barrenſem ditionem jure decerpant, imo illud ne minimum tangant. 3. Etiamſi impacto (ut ſic loquar) ariete, idipſum (quantum quantum eſt, aut fuit unquam) quaſſare, & Germanico Imperio vindicare videantur; totus illarum impetus ſponte in fumos abibit; quandoquidem quæ, abſentibus & ignorantibus nobis, ab iis qui nullam in nos noſtraque poteſtatem habent, dumque in ea involant, in propriâ cauſa Iudices ſedent, decerni poſſunt, nullô jure ſubſiſtunt; alioque à nobis quam brutorum (quibus lædendi nulla vis ſit, quæque irrita concidant) fulminum loco haberi non debent; quid enim ad nos ſi Pragæ, aut Viennæ, aut Spiræ, Germaniæ Regum (quibus Francia Occidentalis nullô modô ſubeſt) quiſquam de nobis, ſine vobis, apud ſe ſtatuat? annon perinde nobis erit ac Germanis (Regibus noſtris nullo fidelitatis nexu obſtrictis) ſi de eorum ſtatu pronunciare in animum vel ſponte, vel aliunde pellecti inducant? 4. Huc accedit, quod tua confeſſione, [3] *nulli licet feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quomodolibet alienare, ſine permiſſione majoris Domini ad quem Feudum ſpectare dignoſcitur*, ſi *feudum* à ſe *alienare non licet*, quanto minus ab ipſo *Feudi Domino* ſupremo; ſi *allodii ex Imperiali juriſdictione diſtracti venditio non valet*, quanto minus feudi? ſi vero vendi

[1] Francothaliam.

[2] Comm. Loth. p. 45. 47. 48.

[3] p. 8.

venditio irrita eſt, quanto magis ad alium dominum transfugium? fac igitur Barrenſes ex ditione Francica ad aliam quamcunque tranſiiſſe, quis hoc ipſo *fellonia* reos in commiſſi pœnam incidiſſe, inutileſque ipſis cujuſcunque alterius quam Chriſtianiſſimi Regis *inveſtituras* eſſe debere negaverit?

Earum igitur quæ nunc è ſinu proferuntur verbis attendamus, ne ſi quid ſummæ Regum noſtrorum dignitati inimicum contineant, infideli ſilentio ſepultum id quam correctum malle videamur; In priore hæc Rudolfi II habemus, [1] quæ in ſequentem ex parte Matthias tranſtulit, *Recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium, univerſis, quod cum nobis Illuſtris Henricus* Dux Lotharingiæ & Barri, *Marchio* Pontis montis, *Comes* Provinciæ, *Vaudemontis, & Albi montis, conſanguineus, &* Princeps noſter *chariſſimus, per magnificum,* fidelem, *nobis dilectum Eliſæum ab Haraucourt, Gubernatorem Nanceianum, Conſiliarium & Oratorem ſuum ad Nos ablegatum, demiſſe nobis exponi curaverit, patrem quondam ſuum Illuſtrem Carolum* Lotharingiæ & Barri Ducem, *Marchionatum* Pontismontenſem, *Comitatum* de Blanckenberg, *ſive* Albimontis, Belliſtheim, *&* Clarimontis, *Marchionatum* Hattonis Caſtri, *cum univerſis & ſingulis illorum appenditiis; item Advocatiam Civitatis* in Tolleia, *& monaſterii in* Rumelsſperg *Diœceſis Tullenſis, aliaque nonnulla jura à ſacro Rom. Imperio in Feudum recognoviſſe, deque illis omnibus & ſingulis à Sereniſſimô & Potentiſſimô quondam Principe Maximiliano* II, *Electo Romanorum Imperatore, Auguſtæ memoriæ, Domino & genitore noſtro obſervantiſſimo legitime inveſtitum fuiſſe*, &c. *eundem Illuſtrem Principem & conſanguineum noſtrum Henricum* Lotharingiæ & Barri Ducem, *de prædictis caſtris terris, & locis, ac nominatim de Marchionatu* Pontis montis, *& de Comitatu* Blanckenberg, *ſeu* Albi montis, Belliſtheim, *&* Clari montis; *item de Marchionatu* Hattonis Caſtri, *cum omnibus & ſingulis eorum honoribus, homagiis, gratiis, juribus, libertatibus, ac pertinentiis univerſis; item de Advocatia Civitatis in* Tolleia, *& Monaſterii in* Rumelsſperg, *diœceſis Tullenſis, & aliis certis juribus in dicto Monaſterio ſi competentibus; item de conductu in terris & aquis partium ſuarum, ac villa* Yve *cum moneta, quam in jam dictâ villâ poteſt cudi facere, una cum jure quod ipſe Dux prætendit antiquitus ad ſe ſpectare, & ad prædeceſſores ſuos ſpectaſſe, nempe quod quicunque in terra inter* Rhenum *&* Moſam *duellare voluerit, quod ejuſmodi duella coram eo fieri debeant, & non alibi conſummari; & quod filii Clericorum, qui in terris ſuis naſcuntur, ad ipſum debeant pertinere; clementer inveſtivimus, & in Feudum conceſſimus, ac tenore præſentium inveſtimus, & in Feudum concedimus, receptô tamen prius à ſupra nominato ipſius Ducis Conſiliario ac legitimo Procuratore, ſufficienti ad id mandato inſtructo, magnifico, fideli nobis dilecto Eliſæo ab Haraucourt Gubernatore Nanceyano in prædicti Ducis animam debitô & conſuetô, fidelitatis, ſubjectionis, & obedientiæ juramento, reſervato quoque nobis & Imperio ſacro, ratione feudi* Hattonis Caſtri, *jure proprietatis directi dominii ac reſorto, & ſimiliter quoad reliqua ſupradicta bona & jura, aliis etiam quibuſcunque noſtris ac Sacri Imperii, ac quorumlibet, juribus ſemper ſalvis.* —

Hoc in Caroli III inveſtitura peculiare eſt, quod à Ferdinando II *Dux Lotharingiæ & Barri*, titulis aliis quos patruus & ſocer ſumpſerat inſcribitur, & *ratione prædictorum Marchionatuum & feudorum, tanquam ſupremum & directum*

[1] p. 45.

ctum Dominum, ut fidelem Principem & Vaſſallum decet recognoſcere deſideraſſe dicitur.

Ex quibus luce meridiana clarius fit, nec Duces de *inveſtitura* pro *Ducatibus* ſuis petenda, *hominio*que eorum cauſâ præſtandô, nec Imperatores ipſos de re quapiam ſimili cogitaſſe; 2. Lotharingiam quæ *Ducatus liber*, Barrenſem ditionem quæ *Francica* cenſebatur, nihil Imperio Germanico debuiſſe; 3. *inveſtituram* de ſolis Moncionis, & Hattonis Caſtri, Marchionatibus; Albímontis Comitatu; Belliſtheimio, & Claromonte; Tullenſi & Romarici montis advocatiâ petitam & datam eſſe. 4. Conſultius à Carolo III factum, quod Comitis Provinciæ à ſocerô uſurpatum titulum expunxerit, cùm enim Ioannæ Reginæ prioris donatione anno 1380, Iunii 29 ſcriptâ, Ludovico I Andegavenſi obvenerit, & ad Ludovicum II, liberoſque Ludovicum III, & Renatum tranſierit Provincia; eademque ab eo anno 1474, Iulii 22, Carolo Cenomanorum Comiti fratris filio rurſus donata, tandem anno 1481, Decemb. 10, Ludovico XI Regi & ſucceſſoribus à Carolo eodem teſtamento relicta ſit; eam Reges ad hanc uſque diem (illo ipſo jure, quo Andegavi Principes per annos centum uſi fuerant) ordine tenuerunt, nec Renatum, Antonium, Franciſcum, Carolum II, & Henricum Duces, in titulos ſuos involare probaverunt. 5. Cum Clari montis Dominium in Barri Comites anno 1131, ab Alberone de Chiſneio Virdunenſium Præſule tranſlatum, totum inter Moſam, communem Lotharingici, & Francici regnorum limitem, & Axonam jaceat, nec *Imperii* Germanici *membrum* cenſeri, nec à Germanicis Imperatoribus *in feudum recipi* jure potuit; Moſam autem Lotharingici regni limitem occidentalem fuiſſe docent, inveſtitutarum à te prolata diplomata, quibus tota Lotharingiæ Ducum poteſtas Rheno & Moſâ concluditur. 6. Hattonis Caſtri, Albi montis, Moncionis, & Belliſtheimii ditiones, cum advocatia Tulli & Romarici montis, etiamſi inter Moſam & Rhenum poſitæ, ab Imperio Germano Lotharingico pependiſſe videantur; ex quo Metenſis, Tullenſis, & Virdunenſis diœceſes, quarum membra ſunt, ſupremumque in eas jus, communi ordinum Monaſterienſia pacta confirmantium decreto, Francico regno accrevere, in eandem partem inclinare debent. Ipſa *transactionis*, quæ *perpetua lex & pragmatica Imperii ſanctio, in conſtitutionibus Imperii fundamentalibus* habenda, *Capitulationi Cæſareæ inſerenda, tam Cæſareis, Procerumque Conſiliariis & Officialibus, quam Tribunalium omnium Iudicibus & Adſeſſoribus, tanquam Regula, quam perpetuo ſequantur, præſcripta eſt*, verba nota. *De conſenſu, conſilio, & voluntate Electorum, Principum, & Statuum Imperii, pro bono pacis conventum eſt, Primo, Quod* ſupremum Dominium, Iura Superioritatis, *aliaque omnia in Epiſcopatum Metenſem, Tullenſem, & Virodunenſem, urbeſque cognomines*, eorumque Epiſcopatuum diſtrictus, *& nominatim Moyenvicum, eo modô quô hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, in poſterum ad* Coronam Galliæ *ſpectare*, eique incorporari *debeant in perpetuum, & irrevocabiliter; reſervato tamen jure Metropolitano ad Archiepiſcopatum Trevirenſem pertinente.*

Quid tu nunc ex *inveſtiturarum* diplomatis eruendum putas? *Inveſtiuntur*, [1] (inquis) *à Cæſaribus* Lotharingiæ & Barri Duces, *de Marchionatibus* Pontis Montis, *&* Hattonis Caſtri, *ac etiam* de Comitatu Clarimontis, *qui Barrenſis Ducatus partes ſunt perquam inſignes, quarum Domini in Matricula* *Imperii*

[1] Comm. Loth. p. 50.

Imperii inter Imperii Principes recenſentur. fac ita eſſe, hoc unum obtinebis *Barri Ducatus* membra quædam *Imperialia eſſe*; Ducatum ipſum, cujus caput in ſolô Francico eſt, *Imperio* nullo jure adjudicaveris; ſed jam *Clari montis Comitatum* Lotharingicum ab anno 926 nequaquam fuiſſe monuimus, cumque ad annum uſque 1131 Epiſcopii Virdunenſis propria poſſeſſio fuerit, quæ Barri Comitibus transactione ceſſit, tam à veriſimilitudine alienum eſt, ullos ſive ante, ſive poſt annum 1131, *Clarimontis* (qui totus Franciciæ ditionis erat) *Dominos*, ejus ratione *Imperii Principes* fuiſſe, quam aperte falſum eſt, *in Imperii matricula* eoſdem *Clarimontis Dominos*, extra Imperii ditionem ab antiquo poſitos, *inter Principes ejus recenſeri.* Hinc ergo depulſus, aliud inculcas; *inveſtiuntur etiam Duces* de conductu in terris, & aquis partium ſuarum, *necnon &* de jure ad bona ſpuriorum; *quibus prærogativis quia beneficio Cæſarum hactenus uſi ſunt Lotharingiæ Duces in Barrenſi Ducatu, non ſecus ac in Lotharienſi, colligi datur, Barrenſem Ducatum æque eſſe liberam Imperii terram atque Lotharingicam*; ſed manifeſto vitio laborat tua collectio, qua quod controvertitur, tibi velut confeſſum ſumis; quid enim nos hactenus negavimus? annon *Barri caſtrum ſubjectam*que *ditionem*, cum Tranſimoſana ſit, & *extra Imperii fines* conſtituta, *Imperii* ſive *liberam*, ſive *non liberam terram* eſſe poſſe, aut ab *Imperio*, cujus extra fines ſuos nulla poteſtas eſt, quicquam accepiſſe? quid tu probandum ſuſcepiſti? annon *Imperii* à quo ſua omnia habeat, *terram* eſſe? quî vero probas? annon idipſum de quo tibi litem nobiſcum eſſe noveras reponendo? nos univerſas ſuas *prærogativas* Barri Duces *Regibus noſtris* (in quorum regno Barrum eſt, quorumque beneficio ſuis uſi ſunt) Cæſaribus nullas debuiſſe, contendimus; neque *conductus in aquis & terris*, aut *in bona ſpuriorum* jura excipimus; tu *prærogativis* illis *beneficio Cæſarum uſos* aſſeris, non probas. Ergo ſtrenue nugando tibi aquam hærere confiteris.

* Quatuor ex Archivô Barrenſi monumenta eruis; hæc ſcilicet, Caroli IX Regis, cum Carolô II Duce, in Caſtello Bolonienſi ad Pariſios, A. D. 1571, die Iovis ad 25 Ianuarii ſcriptum pactum, quo Duci & poſteris permittebatur, *ut fruerentur, uterenturque libere & quiete juribus Regalibus, legibuſque ſummæ pôteſtatis, in Terris Prætorii Barrenſis, Præpoſitura Marchienſi, Caſtillionenſi, Confluentina, Gondrecurtenſi, Regi ſubjectis; de quibus Dux* ipſi *fidem & homagium ligium facit, hoc tamen excepto, quod quantum attinet ad* ſententias & decreta lata à Prætore Barrenſi, & Prætore Baſſignienſi in dictis terris dicto Regi ſubjectis, proxime ad Curiam Pariſienſem appellationes *erunt.* 2. diploma Pariſiis anno 1572, Novemb. 8, ſcriptum, cum ſequente ibidem anno 1573, Febr. 13 dato, quo Rex aſſenſum ſe declarat, *ut Dux Regalibus juribus & ſuprema juriſdictione frueretur, nullius juris exceptione, nullaque interpoſita conditione; præterquam fidei, & homagii ligii, & ſupremæ juriſdictionis appellatoriæ*, &c. *judex eſſet omnium querimoniarum inter ſubditos ſuos Prætorii juridicialis Barrenſis, & terrarum clientelarium, cæteris judicibus Regis excluſis*, &c. *poſſet, illique concedere liceret, literas reſciſſionis pactorum, reſtitutionis in integrum, & reſtitutionis juris* Ilico *appellatas, & quaſvis alias condonationis, aut juſtitiæ literas, pro rerum exigentia rogandas.* 3. Præcedentis diplomatis confirmationem Pariſiis A.D. 1575, Aug. 8, ſexto poſt Ludovicam Lotharingam ductam menſe, ab Henrico III Rege ſcriptam; qua Duci

*p. 50. lin. 19. male *Thiort* pro *Thier*, & p. 52. lin. 15. *Calusmont.* pro *Calvomonte* ſcripſit Chiffletius.

in Prætorio Barrenſi, & terris clientelaribus, *leges quaſvis & decreta condendi*; &c. *univerſales conſuetudines, & locis proprias, formulaſque judiciarias ſtabiliendi*, &c. *Iuriſdictionis normam præſcribendi, Comitia convocandi, vectigalia imponendi, cujuſvis generis diplomata concedendi*, &c. *cudendæ monetæ*, Barrenſes *ad ſufficiendum ſibi è ſalinis* Lotharingicis *ſalem cogendi* poteſtas ſit. De his univerſis, quæ ſupremæ Regum noſtrorum in Barrenſes poteſtatis plenam fidem faciunt, hæc Illuſtriſſimus Thuanus notaverat, [1] *Hoc anno Rex in Senatum venit 6 Kal. Octobris, & in Iuſtitiæ lectiſternio ſedens diploma recitari juſſit, quô gratiam Carolo Lotharingiæ Duci ſororio ſuo, à Carolo fratre ante triennium* 14 *Kal. Decemb. & Eidib. Febr. factam denuo confirmavit, & excepto ſupremi dominii, & appellationis ad Senonenſem Præfectum, & Senatum Pariſienſem jure, alia omnia jura, ac præcipue monetæ cudendæ in Ambarenſi principatu ceſſit, ac remiſit; negotio jam antea multoties, etiam Carolo ſuperſtite, agitato ſemper interceſſerat Senatus; tunc vero præſentia Regis id datum, ut in acta referretur diploma. Itaque cum poſtea in Rationalium & Vectigalium curiis idem publicaretur, promulgationi adjectum eſt, eam factam fuiſſe in conſequentiam promulgationis in Senatu Rege præſente factæ.* Tu vero quaſi de Regibus ipſis ſtatuere, novumque jus univerſis condere tuum fuerit; quicquid à Carolo & Henrico in ſororii gratiam actum eſt, irritum pronunciare non dubitas. Quo colore?

[1] lib. 60. ad finem.

Iam [2] (inquis) *vidimus, ut annô* 1547 *Nicolaus Lotharingus, Vaudani montis Comes, juramentum fidelitatis præſtiterit Carolo* V *Imperatori nomine Caroli* II, *Lotharingiæ & Barri Ducis pupilli ſui, pro utriuſque Ducatus feudis ab Imperio dependentibus.* Fac ita eſſe, imò fac non pro ſolis *feudis dependentibus*, ſed *pro Ducatibus* ipſis *juramentum præſtitum* fuiſſe; tunc quod inſciis, & procul poſitis Regibus, extra ipſorum ditionem geſtum eſſe conſtat, ullius adverſus eorum ſupremum dominium ponderis eſſe poſſe dixeris, aut ſi dixeris ſapies? An Vaſſallis quandoquunque libuerit Dominos mutare, priorum poteſtatem abjurare, novos (quibus ſemet alioſque addicant) adſciſcere, licuiſſe unquam, aut etiam nunc licere putas? ſi non licet, quanto minus Vaſſalli pueri tutori procuratorio & tutorio nomine abutenti licuerit? ſed nihil prorſus in *juramenti* à Nicolao præſtiti prolata è temet *formula* extat, ex quo *Ducatus* (qui ne nominantur quidem, niſi per accidens, ut eos pupillo obtigiſſe appareat) Imperio Germanico obnoxios eſſe colligi poſſit; neque ea pro quibus *feudis* Carolo V ſuam pupillique fidem Nicolaus obſtrinxerit, declaratur; unde fit, ut ex ea nihil, quod commento tuo faveat, habeas. Quod addis *Carolum* V, *anno* 1552 *prohibuiſſe Chriſtiernæ Duciſſæ, ne Caroli* II *filii ſui vice Henrico* II *Francorum Regi pro Barrenſi Principatu, qui Imperialis eſſet, hominium præſtaret*, æque tibi inutile eſt; nam 1. *Barrenſem Principatum Imperialem eſſe*, aut fuiſſe unquam falſo aſſeris; 2. ullum Carolum V ſibi, regnoque ſuo, in eam jus arrogaviſſe, nec probas, nec unde probare poſſis doces. 3. *pro eo Chriſtiernam hominium præſtare prohibitam*, ex Thuani à te citatô loco nec eviciſti, nec eviceris unquam, 4. etiamſi evinceres, id unum ſequeretur, Carolum V poteſtate abuſum, alienis (in quæ ipſi Imperium nullum erat) inhiaſſe. *Chriſtiernam* avunculo *morem gerendo*, & *hominium illud Regi recuſando* præter officium feciſſe; neminem vero niſi crimen pro laude paciſci velit, factum ejus tueri poſſe. Quod rurſus *Carolum* II *Ducem alienæ*

[2] Comm. Loth. p. 56.

tutelæ

tutelæ annos egreſſum, ſuique juris factum, more Majorum à Maximiliano II *Imp. annô* 1567 *de utriuſque Ducatus Lotharingiæ, & Barri Regalibus inveſtitum* fuiſſe inculcas; id abſolute falſum eſt, & Norimbergicæ transactioni, quæ Barrenſem Ducatum nullo modo tangit, ejuſdem nullam mentionem facit, Lotharingicum vero liberum declarat, imo ipſis inveſtiturarum diplomatis, quæ de ſolis Moncionis, & Hartonis Caſtri Marchionatibus, de Albi montis Comitatu, Claromonte, Belliſtheimio, Tullenſique & Romaricenſi Advocatiis agunt, adverſum, eoque nomine à temet, quanto magis à nobis? rejiciendum.

Si *Carolus* Dux [1] *anno* 1571 *ad ſe ſuoſque anteceſſores Barri Duces jura Regalia, ſupremamque poteſtatem Ducatus Barrenſis terrarumque in* pacti tabulis *commemorandarum pertinere* contendit; Regi hominium poſcenti conſenſit, unaque (ut ſic dicam) litura, quicquid ſibi male arrogaverat induxit: quocirca tam impudenter, quam mendaciter Roſerius *Barri Comites & Duces ſub Cæſarum manu, Regaliorum juribus uſos, numiſmata cudiſſe, damnatis ad mortem vitæ libertatem reſtituiſſe, juſque ſuperioritatis omnifariam exercuiſſe* finxit; tu vero eadem fide Caroli II pacta tanquam *iniqua* & *irrita* criminatus; *ſuper re Imperiali naturâ inita*, quodque *res* illa *non exprimeretur, & citra conſenſum Imperatoris ſuper ea contraheretur* improbanda, *Barri Comites & Duces non à Rege Franciæ, ſed ab Imp. poſt omnem memoriam totius terræ Ducatuſque Barrenſis Regalia poſſediſſe*, Imo *terras in pactis memoratas Regi ſubjectas non fuiſſe, hominium illarum cauſa* factum *nullum* fuiſſe, *nec poſterorum fidem potuiſſe obſtringere*; [2] Henrici III *literas nullius ponderis fuiſſe*, iis *quod ſuum non erat dediſſe, Ducatum Barrenſem univerſum ad Imperium pertinuiſſe; ejus Regalia annis ab hinc pluſquam ſexcentis, Comites & Duces ab Imp. poſſediſſe; tabulas quatuor* à te *productas*, & *à Pariſienſi Parlamento ratas factas, ut vim legis obtinerent, ſupremo Imperatoris decreto comprobari, atque confirmari debuiſſe. Quicquid* denique *de Comitatu ſeu Ducatu Barrenſi, vel ejus partibus, cum Francis externis, actum, datum, transactum abſque Cæſaris auctoritate, illud omne pro caſſo & irrito cenſeri debere*, ſcribis: hæc enim univerſa, ut falſa, ſic à ſciente prudente dolo peſſimo confiсta ſunt; quandoquidem fieri non poteſt, ut Barrum, ſubjectaque ditio, *Francici Regis* ab antiquo membra, *Imperialia* ſint & habeantur; *Francos*, quibus ſemper obnoxii fuerunt, *externos* Barrenſes reputent; aut à Germanorum *Imperatoribus*, quibus in *Francicum regnum* juris prorſus nihil eſt, ullo modo pendeant. Sed quod ne in ἐμβρόντητῳ ullo quiſquam ferret, illas ipſas quas Barri Duces in archivo ſuo, ceu dignitatis ſuæ Palladium, recondiderant, quaſque inde ex prompſiſti tabulas, non modo *irritas, iniquas, nullius ponderis* obelo tuo jugulas, ſed earum (quantum in te eſt) fidem elevas, ipſiſque pacti inter Regem & Ducem initi verbis, quaſi morionum nugamenta eſſent, detrahis; Ducem ſibi *hominium* non facturum, ſed *facere* (præſente, imo rogante Duce ipſo) Rex dixerat, eoque poſt appoſitam originali pacti inſtrumento Regiam & Ducalem manum, idemque editum ſigillo publico munitum & Duci traditum, *hominium factum* eſſe, te credere tabulæ jubebant; tu contra illud ipſum earum exemplar, quod Dux domum adſportaverat, & Barrenſes ipſi tradidere, præ oculis habens, chartis illudere non vereris, *hominium quod fecit Carolus* II *Dux fecit* (*ſi tamen fecit*) ſcribens; ad quid ergo *factum* ſcribi juſſit, ſcriptum comprobavit,

[1] p. 57.

[2] p. 60.

Archivo ſuo aſſervandum intulit Dux, quod nunc coram nepote deſpuis, & contemptu calcas? *frons meretricis facta eſt tibi.*

Quo jure Barrenſem Ducatum tenuerint Caroli III Ducis Majores, ex præmiſſis patuit; quid ipſi cum Ludovico XIII, glorioſæ memoriæ Rege negotii fuerit, videndum reſtat. Non *Imperio* (quod per nefariam calumniam fingis) *bellum illaturus*, ſed propinquorum præter meritum ſpoliatorum reſtitutionem procuraturus, propriaſque (pro ſummo Regum omnium jure) injurias ulturus, in Germaniam armata manu venerat, ſui temporis *Martellus* Guſtavus; jamque inito cum Chriſtianiſſimo Rege fœdere; fugatis, quæ late per Megapolitanam, Pomeranicam, Brandeburgicam, Saxonicam ditiones ſtragem edebant harpyis; profligato contra ſtare auſo Tilio; fulminis inſtar, ab Odera & Albi protritis intermediis quibuſcunque obicibus, ad Rhenum uſque volaverat, imo trajecto Rheno Moguntiacum ſui juris fecerat, & Lotharingiæ, cujus Princeps contrariis ſe partibus (neſcio, quo fato) addixerat imminebat; Cum Rex Chriſtianiſſimus, qui clientem propinquum ob nulla neceſſitate motam Camarinam certæ perniciei objici, belli univerſi molem Francico limiti incumbere, barbaros hinc inde *præſidii Imperialis* ſpecie Diœceſeos Metenſis, Henrico fratri naturali commiſſæ viſcera diſcerpentes, nec ad aliud quam ad hoſtilem vim eliciendam idoneos, ditioni patrocinio ſuo commendatæ incubare diutius nollet; ipſis Mejeni vicum vindice manu extorſit, Marſalium ab Epiſcopatu Metenſi damnoſis Clero conditionibus ante annos plus minus 28 avulſum, Lotharingico Ducatui unitum; & conſimilibus graſſatoribus inſeſſum, ſibi dedi imperavit; Ducemque periculi monitum ad quietem & pacem compoſuit: ſcriptum itaque Vici anno 1632,
[1] Comm. Loth. p. 61. Ianuarii 6, pactum; quo Dux, ubi [1] *ſe omnes intelligentias, ligas, ſocietates & conventiones, quas habebat, aut habere poterat, cum quolibet Principe, vel ſtatu; in Regis præjudicium, vel ſtatuum ipſius, omniſque dominii ſub ejus ditione, obedientia, & protectione conſtituti, ſicut etiam in detrimentum pacti & fœderis,*
[2] p. 62. *cum Suecorum Rege initi, miſſas facere* proteſtatus eſt; emanſores [2] qui Rege invito, extra regnum, adverſus leges perfugium quærerent, ſe nequaquam
[3] p. 63. admiſſurum, Regi ad limitis, [3] & fœderatorum defenſionem ſocia arma juncturum promiſit: at idem ſimulac Suecicum exercitum in Norico circumſeſſum vidit, diſcuſſo periculi metu, priſtina conſilia reſumpſit; Rex vero pactis eum non ſtare indignatus, Barrum, S. Michaelem, Moncionem ſub manu poſuit, reliquam ejus ditionem ſubacturus, niſi Liverduni Iunii 26,
[4] p. 65. 66. pacto priore confirmato, de [4] *hominio ob Barri Ducatum* ante anni proxime ſequentis finem ex officio præſtando; *urbibus, caſtris, & arcibus Satanaci & Iameſii* publicæ ſecuritatis cauſa *in manus Regis intra diem nonum deponendis*; Clari montis Comitatu (de quo in Pariſienſi Curia jam lis erat) intercedente pretio diſtrahendo, fidem in integrum reſtituendus obſtrinxiſſet. Reſtitutis à Rege, traditis à Duce oppidis, nihil huic deceſſurũ erat, ſi à ſe impetrare potuiſſet, ut Francorum cum Suecis fœderi contrarias *ligas*, ex iterati pacti præſcripto *miſſas faceret*, ſed is cum arma ſemel correpta ponere, parteſque, quibus initio nomen dederat, deſerere indecorum putaret; de eo, antequam dira laceſſenti minantes Sueci adorirentur, ad quietem promiſſam cogendô, denuo actum; ſequeſtratô ex Senatus Pariſienſis decreto Barri Ducatu, & Nanceio (unde novi quotidie turbines exoriebantur) arctâ tantiſperdum

Princeps

Princeps aberat, obſidione cinctâ; accurrit pacem quavis conditione redi-
mere paratus, [1] pactiſque *in caſtris ad Nanceium anni* 1633, *Septembris* 6, ter- [1] p. 68.
tium initis, *fœderibus omnibus Franciæ adverſantibus renunciavit, nullas ſe niſi*
permittente Rege copias conſcripturum, tradendumque intra triduum Nanceium
ſpopondit; paulo poſt, clam ſe ſubducente Nicolao Franciſco Duce tunc
Cardinali, neutri fratrum conventa placuiſſe patuit; hinc factum ut Rex
prævertendis turbis intentus, Lotharingiam univerſam ſub manu poſitam
Sacramenti religione obſtringeret, & novum Metenſis, Tullenſis, Virdunen-
ſis diœceſeon populis jus ex æquo dicturum, eoque fine Ianuario præceden-
te inſtitutum Senatum, Lotharingos (tantiſperdum eorum regimen retinere
è Republica eſſet) appellare juberet; id totum, quod ratum Germanici Im-
perii univerſi ordines habuere, ſuam injuriam, [2] *pactorum*que, quibus ipſe te- [2] p. 72.
neri nolebat, *infractionem* interpretatus, Veſuntione annô 1634, Iunii 13,
irritum pronunciavit, Carolus Dux: Cumque triſti ſexennii experimento
longas Regibus eſſe manus ſenſiſſet, non modo *hominium* [3] pro Barrenſi Du- [3] p. 101.
catu, *in Caſtro S. Germani in Laya*, anni 1641, Aprili menſe præſtitit; ſed Lu-
tetiæ Martii præcedentis 29, [4] pactis quartis ſubſcripſit; adverſus quæ omnia [4] p. 74. &c.
quamprimum *in Lotharingiam reverſus eſt, in urbe Spinalio die* 28 *Aprilis ejuſ-*
dem anni proteſtatus eſt, ejuſque exemplo [5] proteſtatione Viennæ in Auſtria [5] p. 80.
Septembris ſequentis 28 edita, Nicolaus Franciſcus Dux; à quô eodem annô,
fructu pari, libellus adverſus [6] Chriſtianiſſimum Regem Comitiis Ratiſbo- [6] Actor. publ. Tom. 4.
nenſibus oblatus eſt, nec ex illô tempore Francis, adverſari uterque unquam p. 231.
deſiit.

Tu qui [7] *Barrenſem Provinciam Imperialem* eſſe, *nec Francicam Coronam* [7] Comin. Loth. p. 66.
ſupra ſe agnoſcere, [8] *à Corona Francica nullo modo dependere*, [9] *Imperii terram* [8] p. 74.
& ſtatum inſignem eſſe, [10] *qui nullo caſu ad coronam Francicam devolui poſſit*, [9] p. 87.
[11] *in cujus ditione nihil Dux Coronæ Francicæ acceptum ferat*, *nulloque cliente-* [10] p. 78. [11] p. 62.
lari vinculo obſtringatur, [12] *cujus regalia & ſumma jura primam originem ab* [12] p. 87.
Imperio trahant, cujus *caſtrum in feudo Imperii conſtructum ſit, pro* quô *Rainal-*
dus primus Comes Henrico V *Cæſari hominium fecerit*, tam temere quam falſo
pronuncias, Carolumque Ducem Regi *hominium* petenti, [13] *ejuſmodi clien-* [13] p. 67.
telæ ſe nullo modo obſtrictum eſſe, [14] *ſe neſcire quid à ſe exigeretur; ſe penitus* [14] p. 101.
ignarum eſſe formæ hominii, ac dubitare ſi ad illud præſtandum obſtrictus eſſet;
neminem ſibi adeſſe, qui conſilio juvare poſſet, reſpondiſſe curioſe inculcas, ut
quam Barro affingis, *Imperialitatem* quocunque modô tueare, te non patro-
num, ſed impudentem Sereniſſimi Ducis Cenſorem agere memento; quid
enim tu? *coronam Francicam non agnoſcit*, *ab ea* nullo modô *dependet*, nihil
ei acceptum fert, nullo *Clientelari vinculo obſtringitur*: quid vero ille in Pro-
teſtatione Spinalii anno 1641, April. 28 edita? plane contrarium, ipſiſſima
ejus à temet p. 80. deſcripta verba nota, *uti nec ſubmittere ſe hominio pro Du-*
catu Barrenſi, eâ formâ & modô, *quô ab ſe extortum eſt per vim ac violentiam.*
Audis eum non averſari *ſubmiſſionem* abſolute, ſed ſecundum quid; non *rem*,
ſed *modum rei* improbare; non *hominium* tecum, ſed *hominii formam & mo-*
dum negare? tune, qui eum à Cardinale Richelio vim paſſum quereris, adeo
in eum odio noſtri injurius eris, ut ei nec verborum, quibus in cauſa propria
utatur, liberam optionem; nec eorum quibus fatente temet uſus eſt, vim
verumque ſenſum relinquas? Verte te in quaſcunque volueris formas, nullis

com-

commentorum præſtigiis, Chriſtiani orbis oculis impones, ne te videat, & ex viſu judicet, tam fronte quam cerebro carere.

Clarum montem cum inter Moſam regnorum hac in parte veterem limitem Axonam poſitus ſit, [1] *Imperii feudum dici*, quicquid in contrarium tam Geographiæ quam Francis infeſtus garrias, abſurdum eſt; nec minus à ratione alienum, quod [2] *Marſallum, Vicum, Medium* (ſive *Mejeni*) *vicum, Epiſcopatum*que *Metenſem Imperii* Germanici eſſe falſo obtendis; etſi enim veteris Lotharingici regni ab A. D. 926, Germanico per accidens (quia uni eidemque Principi parebat) uniti membra fuerint, impræſentiarum nec ſunt, quandoquidem Monaſterienſis, cui Germanici ordines univerſi aſſenſi ſunt, pacti vi, Coronæ Franciciæ ceſſerunt; nec antea Imperialia eſſe jure poterant, quandoquidem extra regni Germanici fines erant, ipſumque Lotharingicum aliquandiu ei unitum, hac ex parte prorſus conciderat; ſi mihi quia Francus ſum fidem non habes, vel ipſis Lotharingis de ditione ſua, [3] quam *ſtatum liberum, nemini ſubjectum nulla Imperio obligatione obſtrictum* vocant, loquentibus crede. Crede Norimbergenſibus Comitiis, ipſique Carolo v Imp. qui Lotharingiam, [4] *pro libero & non incorporabili Ducatu, Superioritate & Principatu, recognoſci, nominari, haberi,* talemque *manere* jubent. Crede Bavaris, Salisburgenſibus, ipſique in Ratisbonenſibus Comitiis Maximiliano Duci, Caroli III conſobrino, & antea amitæ marito, qui *ſuper ejus requiſitione* [5] cenſuere *hanc deliberationem in aliud tempus remittendam, quando agetur de pace generali, non vero de* rebus Imperii, & interna *illius pacificatione, quæ præcedere debet*; ſi enim tractatio *de rebus Imperii*, & *interna illius pacificatione*, nihil ad Lotharingiam facit, ea nec *res Imperii*, nec *in Imperio*, (ex eorum qui optime noverunt ſententia) eſſe debuerit. Crede Ferdinando III Imp. qui in declaratione anno 1645 Monaſterii facta, Carolum Ducem non *ſubditum*, [6] ſed *fœderatum & adhærentem*, quod de externo quovis dici poterat, vocavit, & in Concluſione pacis Oſnabrugi à Suecis A.D. 1648 Aug. 6. ſubſcriptæ, inter *fœderatos & adhærentes*, eodem quo *Catholicum*, Anglum, Polonum, Danum, Reges, *Italiæ Principes & Reſpublicas*; *Belgii, Helvetiæ, Rhætiæ fœderatos ordines, & Principem Transſylvaniæ* loco & numero habuit. Crede Philippi IV Apologetico, [7] quô *ſe in eum duntaxat finem arma ſumpſiſſe* proteſtatur, *ut erepta Imperatori, Imperio, Duci Lotharingiæ reſtituerentur*; qui enim *Duci Lotharingiæ erepta*, Imperatori & Imperio *ereptis* oppoſuit, (cum oppoſita idem nec ſint, nec eſſe poſſint) ea nec *Imperatoris*, nec *Imperii* eſſe poſſe putavit.

In Godefridi Barbati cauſa, à [8] Sigebertô qui Lotharium *ad invadendam Lotharingiam rurſum laboraſſe* perperam ſcripſit, deceptus, ex vetuſtioribus, imo coætaneis, quantum hallucineris diſce. Cum [9] *annô* 983, *Imperator* (Otho II) *Veronæ placitum habuiſſet*, Henricum Bavariæ Ducem ab annô 979, ſub cuſtodia poſitum *exilio ſolviſſet*, *filium* annum [10] ætatis quartum agentem *ab omnibus eligi* curaviſſet, 7 *Idus Decembris ex hac luce ſubtractus eſt*; *in die proximi natalis Domini filius ab Ioanne Archiepiſcopo Ravennate, & à Willegiſo Magonciacenſe in Regem Aquiſgrani conſecratus eſt, & completo officio, mox legatus triſti* (paternæ mortis) *nuncio tanta perturbans gaudia advenit*; *ſolutus eſt à Trajectenſi cuſtodia Dux Henricus, & ab eo Rex tenellus ad nutriendum, ſive ad degradandum, à Warino Colonienſi Archiepiſcopo, cujus firmæ fidei*

[1] p. 66. & 74.
[2] p. 61. 64. 67.
[3] p. 32.
[4] p. 34.
[5] p. 86.
[6] Ibid.
[7] Ibid.
[8] ad A. D. 984.
[9] Ditmar. lib. 3.
[10] Hepidan.

ſidei ab Imperatore commiſſus fuerat *aſſumptus*: ubi is, quem diu adverſus Othonem II, patruelem contentioſum funem duxiſſe conſtabat, pupillum, tanquam [1] *patronus legalis, de Warino Archiepiſcopo ſuſcepit*, ſciſſique ſunt in diverſa ſtudia procerum animi; conſobrini, cum quo ab anno 979 pacem redintegraverat, filio ne deeſſe videretur Lotharius noſter, tutela pueri ſuſcepta, Lotharingis, qui Henrico Duci favere videbantur, *obſides* imperavit; Sigefridum Moſelgoviæ Comitem cum Godefrido Virdunenſi germano maxime ſuſpecto carceri mancipavit; Virdunum, ne factio Bavarica prævaleret, impoſito præſidio firmavit; pupillo matri & aviæ reſtituto præſidiarios abſcedere juſſit, Othonianamque familiam fovere nunquam deſtitit; quod quia diſſimulas, diſtincte probandum venit, 1. Lothario, qui Othonis II conſobrinus & ſororius erat, neminem jure potiorem fuiſſe.

[1] Ditmar. lib.4.

Henricus Auceps Matthildis maritus.							Rudolfus II Burgund. Rex Bertæ maritus prior.		
Otho Magnus Adelhaidis maritus poſterior.	Henricus I Bavariæ Dux Iudithæ marit.	Gerberga Ludovici IV uxor.			Hadwidis Hugonis Magni uxor.		Conradus Rex Matthildis marit.	Adelhais Lotharii Italiæ Regis ac exinde Othonis I uxor.	
Otho II Theophaniæ maritus.	Henricus II Giſlæ Burg. maritus, Othonis II patruelis, & conſobrinæ natæ marit.	Lotharius Rex Emmæ maritus Othonis III conſobrinus & amitinus.	Matthildis Conradi Regis uxor.	Carolus Lothar. inferioris Dux Henrici fautor occultus.	Hugo Capetus.	Beatrix Duciſſa Lotharingiæ ſuperioris.	Giſla Henrici II uxor.	1 *nupt.* Emma Lotharii uxor.	2 *nupt.* Otho II Theophaniæ maritus.
Otho III.		Giſla Henrici II uxor.							Otho III.

2. Lotharium non de *invadenda Lotharingia*, ſed de Othonis III propinqui, cujus *degradationem* Henricus II moliebatur, patrocinio cogitaviſſe. Gerbertus cujus teſtimonio niteris epiſt. 22. *Dominam meam Theophaniam Imperatricem nomine meô convenire, Reges Francorum* (Lotharium cum Ludovico filio) *filio ſuo favere dicite, nihilque eos aliud conari, niſi tyrannidem Henrici Regem ſe facere volentis, ſub nomine Advocationis, velle deſtruere.* epiſt. 32. Caroli Ducis nomine, *Non ſolus, nec in angulo fidem integerrimam filio noſtri Cæſaris adſtruo, ut tu nocturno mero eructas. Adſunt mecum Galliæ Principes, Reges Francorum* (*velis nolis*) *præclariſſimi, Lotharienſes fide devoti; his eſt curæ filius Cæſaris; hi nec regnum quærunt eripere, ut ais, neque conregnantem* (Henricum) *inſtituere.* epiſt. 35. ad Geraldum Aureliacenſem Abbatem de Adalberone Rhemorum Archiepiſcopo. *Dum à Lotharienſis Regni Primatibus obſides accipit, dum filio Imperatoris parere cogit ſub Regis Francorum clientela, dumque Henricum in Gallia regnare prohibet, veſtro nomini convenientia quæ mitteret non habuit.* epiſt. 58. Adalberonis nomine ad Regem. *Cum Senior meus Rex Lotharius, Lotharienſe Regnum non haberet, nec revocaret; fratris mei* (Godefridi) *filium* (Adalberonem) *vix tandem ſic obtinui, fide interpoſita, ut ſi uſus aliquando expoſceret, ſibi ſuiſque abſque pertinacia redderem. Ac cum ageretur ut Senior meus filio Imperatoris Advocatus foret, eaque de cauſa dati obſides eſſent; fratris mei, crebris Legatis, filium repetivit, me ſegniter accipientem, fidei violatorem increpitans*, &c. *Senior meus de revocatione*

Ludovicus A. D. 978. Rex à patre ſalutatus fuerat, & Carolus Dux abdicatus.

catione Regni nihil mihi dixit, ſed de ſola Advocatione. 3. falſa multa de Lothario diſſeminata fuiſſe; cum hæc epiſt. 39. ad Notegarium Leodienſem data legamus. *Ecce palam deſtituitur* (Otho III) *cui ob* [1] *paterna merita, fidem devoviſti, devotam ſervare debuiſti Germaniam; Briſaca Rhenani littoris, Francorum Reges clam nunc adeunt, Henricus Reip. hoſtis dictus Kal. Febr. occurrit*: quæ velut ex profeſſo refellit Ditmarus lib. 4. Henricum Trajecto ad Rhenum Coloniam, ineunte anno, *cum Poppone* Wirtsburgenſi *profectum*, inde *ad Corbejam* novam ſeu Saxonicam *veniſſe*, Mart. 16. *palmarum ſolennia in Magdeburg celebrare voluiſſe, Paſcha Quidlingeburg feſtivis peregiſſe gaudiis*; inde *ad Werlu Popponem miſiſſe*; ac tandem *Francorum terminos adiiſſe, & in paſcuis ad Weſenſtat pertinentibus conſediſſe* ſcribens: quî enim Febr. 1. Briſiacam petierit, qui Coloniæ *ad diſponenda, ut ſibi placuit, cuncta* hærere cogebatur?

[1] donationem Epiſcopatus A. D. 971.

4. Henricum revera Regni nomen ac poteſtatem ad ſe traxiſſe. Gerbertus epiſt. 22. ejus factionem *tyrannidem*, ipſummet epiſt. 39. *Reip. hoſtem* vocavit: epiſt. 26. ad Egbertum Trevir. de eo ex perſona Adalberonis Archiepiſcopi; *paucine creati ſunt Reges, qui novum filio Domini veſtri præponere vultis? forte quia Græcus eſt*, (per matrem) *ut dicitis, Græcorum more conregnantem inſtituere vultis.* Epiſt. 27. ad Willegiſum Moguntinum ſcriptâ, *qui duos Ottones conatus eſt extinguere, tertium volet ſupereſſe?* & epiſt. 34. ad eundem, *Cæſarem in filio ſupereſſe putavimus, ô quis prodidit? quis nobis alteram lucem eripuit? Agnum matri non lupo committi oportuit.* epiſt. 35. eum à Lothario *regnare prohibitum* monuit. Ditmarus lib. 4. *Cum Palmarum ſolennia in Magdeburg celebrare voluiſſet, omnes regionis illius Principes huc convenire rogavit, atque præcepit, tractans quomodo ſe ſuæ poteſtati ſubderent, regnique eum faſtigio ſublevarent. Huic conſilio maxima pars procerum hoc dolo conſenſit*, &c. *hac in feſtivitate* (Paſchali) *à ſuis publice* Rex *appellatur, laudibus divinis attollitur. Huc Miſecò & Miſtui, & Boliſlaus Duces, cum cæteris ineffabilibus confluebant, auxilium ſibi deinceps ut Regi & Domino cum juramentis affirmantes*, &c. *Willegiſum Maguntinum cum Duce Conrado, cæteriſque Optimatibus*, (*Dux quibuſcunque valuit modis*) *ſibi conjungere tentans, eoſque à promiſſa Regi ſuo cum Sacramentis fide nunquam vita comite, receſſuros, unanimi eorum reſponſione percipiens, coactus eſt futuri timore duelli cum juramentis affirmare, ut 3 Kal. Iulii ad locum, qui* Rara *vocatur, veniret, puerumque matri ſuæ, illiſque redderet*, &c. *Cum* Giſilerus Archipræſul, *Senioribus congregatis ſuæ legationis aperiret ſecretum, dictum eſt ab his, ſi Regem ſuum & Dominum reddere, nihilque de rebus ſuis præter Merſeburg, Walbizi & Fraſu ad ſupra memoratum diem ſibi detinere voluiſſet, idque Sacramentis credibilibus approbaret, quod tunc cum ſecuritate eorum ex parte conſolidata huic abire liceret, ſin autem, quod eundi redeundique nullus vivo pateſceret locus. Quid plura? quicquid expoſcunt, craſtinô impetrant*, &c. *Ventum ad Rara ab Imperatricibus in Papiâ humiliter divinam conſolationem hucuſque præſtolantibus, & ab univerſis imperii ac regni Principibus, fideliſque promiſſio Ducis completur.* Lambertus Schafnab. ad A. D. 983. *Henricus Dux Bajoariæ regnum invaſit, ſed à Principibus eſt reprobatus.* Chron. Hildensheim. ad 984. *Comperta nece Imperatoris, Henricus quondam Dux de exilio regreſſus, cum ſibi faventibus Agrippinam civitatem intravit, & Regem retinuit, regnumque ejus invadendo,*

pluri-

plurimos ſibi de Saxonibus aſſociavit, qui eum in proximo Paſchâ Quidelingaburg ad Regem elegerunt; unde quidam de Optimatibus huic electioni non conſentientes, ſed Regis vicem magis dolentes è contra, haud modicum deſertaverunt, & Regem in Regnum ſuum reſtituerunt, & Henricum Ducem Bajouvariorum denuo effecerunt. Sigebertus ad 983. *Otto Imp. tædio & angore animi deficiens, Romæ moritur, & de Imperatore ſubſtituendo inter Primates diſſentitur; aliis filio ipſius Ottoni Imperium deberi certantibus, aliis (odio Imperatricis) à filio ejus Imperium transferre volentibus, ad Henricum Ducem filium Henrici, qui fuit frater primi Ottonis. Hic Henricus ipſum Ottonem puerum factioſe raptum in cuſtodiam tenet; ſed principes puerum de manu Henrici extorquentes in regno ſublimant, & regnavit annis* XIX.

5. Henrico tam Carolum Ducem, quam Godefridum Comitem cum totâ familia, licet aliud ſimularent, faviſſe. Gerbertus epiſt. 60. *Conjuratio in filium Cæſaris, ac in vos, & acta eſt, & agitur, non ſolum à Principibus, inter quos Carolus Dux jam non in occulto eſt, ſed etiam à militibus*, &c. [1] *Sigefridus Comes ad ſua rediit; Godefridus Comes ſi Caſtrilucium cum Hainao Reniero redderet, ſeque filiumque ſuum* (Adalberonem) *Comitatu ac Epiſcopatu privaret Virdunenſi; de reliquo integram fidem Francorum Regibus exhiberet, datis obſidibus, fortaſſis ad ſua remeare valeret.* epiſt. 54. ex perſona Adalberonis *Archi*epiſcopi, *Priorem epiſtolam pro ſolo imperio Domini mei* (Lotharii) *me veſtræ paternitati miſiſſe minime celare volo, cui omnia debeo; & quoniam quam fidem Domino meo promiſiſtis, eam nepos meus* (Adelbero) *promittere & ſervare paratus fuit, eam à nobis obtinuit licentiam, quam majorum promulgavit auctoritas; ſed quonam pacto ejus ſorduerit fidelitas, noſtram intelligentiam latet*: hæc ille ad Ecbertum Trevirorum Archi*epiſcopum*, *qui Lothario cum cæteris Proceribus fidem ſuam obſtrinxerat*: *quid vero* ſentiret non diſſimulavit epiſt. 55 ad eundem, *Dominum Henricum cur oderim neſcio, cur diligam ſcio*: propendebat itaque in ejus partes, ſed poſtquam propinquos Sigefridum & Godefridum comprehenſos vidit, quid animo volveret, ſtudioſius celavit; ipſe etiam Godefridus Theophaniæ & Othoni III filio fide promiſſæ fidei tenaciſſimus, eorumque cauſâ Francis, (adverſus quos Adalberonem, Hermannum, Sigefridum filios, Mathildem uxorem, Theophaniam Auguſtam, Notegarium Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopum, clam Adalberone fratre per Gerbertum concitabat) exoſus haberi voluit, nec ullam fidelitatem ſuam prædicandi occaſionem ſprevit. Ne igitur filiis & uxori animum magis ac magis obfirmandi, *tuendorum*, quæ tenebant, *caſtrorum*, *Scarponnæ*, *Haidonis Caſtelli*, &c. *Francos*que *hoſtes* reputandi deeſſet color, *fidem filio Cæſaris inviolatam ſervare* juſſit, & *patriæ liberatores* prædicavit; Gerberti, qui ipſum Adalberonis Archiepiſcopi nomine paulo poſt incarcerationem convenerat, calamo, libertate ab Ottone & Heriberto Comitibus (quorum curæ commiſſus erat) relictâ abuſus, nihil non hoſtile ſpiravit, ſex epiſtolis ab eo Martii 22, ſub numeris 47. 48 49. 50. 51. 52. datis, prout ex 51 & 52 diſcimus. *Ea* (inquit) *quæ Dominam noſtram Theophanu, de ſua fidelitate ſcire voluerunt*, (Sigefridus & Godefridus) *per epiſtolam mandamus, quia cum benevolentia Ottonis* (Carnotenſis) *& Heriberti* (Trecaſſini) *quorum cuſtodia ſervantur, eos alloqui valemus; quæcunque & vos & Domina noſtra eis mandare volet literis, nos habere facietis.* Et epiſt. ſequente, *Scripſi exhortatorias epiſtolas ſecundum*

[1] vix itaque Semeſtris ejus cuſtodia fuerit.

intellectum eorum conjugibus, *liberis amicis*, &c. *quantumque odio indulgeret*, palam fecit, *hæc ad* Diedericum Metenſem ſcribens. [1] *Vrbem Virdunenſium à paucis prædonibus quiete tueri*, *inquieto & iniquô animo fero*, *niſi forte hoc majori differtur conſilio*, *ut unde non ſperant*, *præcipiti excidio tabeſcant.* Si enim *paucorum* erat, quod à Lothario Virduno impoſitum fuerat præſidium, de Lotharingis ſubigendis, quod *pauci* aggredi nequaquam potuiſſent, nullo modo cogitavit. Tu neſcio unde, datam ad Godefridum & Gothilonem minores Godefridi filios, nactus, eos monitos vis *ut in fide Cæſaris perſtarent*, *nullo occurſu hoſtium terrerentur*, *captivorumque exemplo*, *ſi fortuna tuliſſet*, *exilium potius eligere pro fide Imperatori ſervanda*, *quam patriæ ſolum cum perfidia*, ex epiſtola 52, quæ ad Theophaniam data eſt, hæc à te diverſo charactere expreſſa deprompta notas; ſed eorum ne minimus apex in tota Gerbertinarum epiſtolarum ſylloge occurrit; nulla ad Godefridum & Gothelonem, quorum ne nomina in Gerbertô extant, ſcripta reperitur; ſi quam ad eos dediſſet Gerbertus, Othonem *admodum puerum* (ut cum Hermanno, & Mariano loquar) nec ante annum 996 *Imperatorem* ſalutatum, anno 984, non *Imperatorem* (quandoquidem non erat) ſed ſolito more *Imperatoris filium* nuncupaſſet. Addis ex Sigeberto, ad annum 985, *Lotharium Regem videntem Othonem Imperatorem virtute militum ſuorum proficere*, *urbem Virdunum & Godefridum Comitem reddidiſſe*; unde forte Lotharium *militum* illorum metu adactum præſidiarios ſuos evocaſſe cogitans, Godefridum *unius duntaxat anni carcerem tuliſſe* concludis; ſed nec *Imperator* niſi poſt annos 13 fuit Otho, nec *profectus* ejus Lotharium (ejus ſibi *advocationem* vindicantem) ipſa re terruit, aut terrere jure potuit; nec is *Godefridum* cum Virduno (quod perperam Sigeberto ſcriptum) *reddidit*, quem nunquam *reddidit*; Audi Gerbertum epiſt. 72. *Exequiis Domini Lotharii Regis occupati multa tibi quærenti*, *pauca reſcripſimus*: *Lotharienſes dudum capti*, *omnes elapſi ſunt*, *præter Comitem Godefridum*, *de quo in brevi meliora ſperamus. redditus* ergo poſt 6 *Nonas Martias* anni 986, *qua die Lotharius mundo ſubtractus eſt*, adeoque à Ludovico aut Hugone (biennii ad minimum cuſtodiam perpeſſus) libertati reſtitutus eſt; quodque ex epiſtola 100 notas, *pace inter Reges bene fundata*, *Civitatem Virdunenſium*, *ſine cæde & ſanguine*, *ſine obſidibus*, *ſine pecuniis*, *in integrum Imperio* Germanico *reſtitutam*, eam à Lothario non ut *hoſte*, ſed ut *patrono* benevolente occupatam fuiſſe evincit. Demus nunc alio quam Othonis III *protegendi* fine præſidio Francico munitam; quid ejus occupatio & Godefridi Comitis caſus, commune cum Caroli III Ducis infortunio habent? an de eripienda ei vel ad momentum libertate actum eſt? an Virdunenſem ſibi Comitatum vindicat? an denique occupati à Francis, quibus ab anno 1552 parebat, Virduni occaſione quicquam paſſus eſt? Sed [2] *ſeptum à legione regia ejus ad Nanceium hoſpitium fuit*, *adminiſtriſ*que *mandatum ut ſeria invigilarent*, *ne per noctem elaberetur*; fieri poteſt, ſed quô fine *ſeptum ejus hoſpitium* fuiſſe dixerimus? an ut libertate, quâ nunquam caruit, privaretur? id ipſum eventus refellit; quo enim voluit, & quando voluit, è Regiis caſtris abſceſſit: ſed eo conſilio *invigilare* juſſi ſunt legionis *adminiſtri*, ne qui pacifica omnia prolixe promittebat, Nanceium obſeſſum mutato conſilio irrepens, circumſeſſis (qui pacem turbabant) præſidiariis animos præſentiâ ſuâ faceret, paciſq; promiſſæ conſilia eluderentur, quô quid æquius?

[1] epiſt. 59.

[2] Comm. Loth. p. 71. ex Mercur. Franc.

Aliud

Aliud eſt, quo inique à Francis & Suecis habitum Carolum III Ducem oſtendas, [1] *Annô* 1633, *Sueci Lotharingiam infeſtabant invaſionibus, ſibi ab incolis impenſas in ſtipendiis militum fieri poſtulabant, quas vulgo* contributiones *vocant. Turmalia illorum vexilla pro ſymbolô prætendebant humanam figuram, ſecuri à ſummô bipertitam, ac diſſectam, &* Lotharingia *inſcriptam, quam circumſtabant milites facibus ardentibus inſtructi.* Eſto, annon læſi, continuiſque Nanceianorum nihil non hoſtile ſpirantium injuriis laceſſiti, impenſarum erogationem imperarunt primum, ac exinde rebellare poſt pacta auſis dira minati ſunt? quid hic non ex belli legibus actum dixeris?

[1] p. 68. ex Mercur. Franc. Tom. 18.

Regem [2] *Carolo Duci exercitum ſe contra Suecos poſt* Vicenſe pactum *conſcripſiſſe nuncianti*, cum *ejus ſe probare conſilium per Abbatem Doratenſem reſpondiſſet, præter fidem datam, Duce Germaniam ingreſſo vi armata in Lotharingiam adveniſſe* (Nicolai Franciſci Ducis, qui primus id A.D. 1641, aſſeveravit, exemplo) quereris: noſtrum vero non eſt Doratenſis Abbatis, qui (ſi in vivis eſt) ſua præſtare poterit, cauſam agere; ad calumniam optimo nec ſuarum rerum ignaro Regi, cæco furore impactam retundendam, hoc unum ſat eſt: eum qui Carolum Ducem [3] *omnes in detrimentum pacti & fœderis cum Suecorum Rege initi, intelligentias, ſocietates, & conventiones miſſas facere, vireſque* [4] *proprias*, cum Francicis *conjungere* expreſſe juſſerat; in id adverſus Suecos pactaque à ſemet cum iis inita, magiſque, ac magis confirmata exercitum conſcribere liceret conſenſiſſe non modo abſonum, aut viro rationis compote, & ſibi quomodocunque conſtante indignum, ſed impoſſibile prorſus eſſe. Annon te terræ filium, apertum maximo Principi mendacium, imo perfidiæ (ut ſciens prudens id quod nequaquam poterat, aggreſſus videretur) crimen objicere pudet? ſed ſive pudeat, ſive non pudeat, os in cœlum aperire, intaminatæque Majeſtati adlatrare auſus, Deo dante, fruſtra eris. Dux vero (quem pacta nulla rata volentium infidis & funeſtis conſiliis facilem nimium ſe præbuiſſe conſtat) quicquid durius in hanc uſque diem expertus eſt, ipſorum malignitati, non Francis, nunquam non cum eô ex æquo & bonô paciſci paratis, imputabit: Cur diriguiſſe malis, quam ad lætiora ſe transferre malit, ne ſi quod Pelias haſta vulnus inflixit, ipſa ſanet?

[2] p. 64.
[3] p. 61.
[4] p. 63.

Criminationum tuarum iniquitate revictâ, & prænavigatis quibus nos illidendos putabas ſcopulis, velificationem tua cauſa mutemus, ut quæcunque maledicentia tua commenta eſt, vera fateri videamur; quid hoc ad Barrum, ejuſque vel à Francis, vel à Germanis dependentiam? an ſi Ducem in pacta ſuo judicio iniqua conſenſiſſe, irrogataſque à Suecis & fœderatis injurias pertuliſſe adeo pœnituit, ut poſita non ſemel arma, Hiſpanicis male partibus implicitus reſumenda ſuo damno putaret, id ipſum quod natus erat, eſſe, Barrique nomine *hominium* Regibus noſtris debuiſſe deſiit? quis vi quacunque exagitatos, hoc ipſo quod inexpectatis incommodis conflictati ſint, legibus quibus antea tenebantur ſolutos eſſe hactenus audiit? Fortia, quæcunque [5] *manu ſuâ* ſingulorum oculatus teſtis, *V. C. Ioannes Forgetus Medicinæ Doctor adnotavit*, bellicoſiſſimi Principis, adverſus Othonem Rheingravium, Wirtembergicos, Suecos, Francos, pro Hiſpanis & Auſtriacis facinora (quandoquidem qui ea negare velit, nemo comparet) quid enumerare neceſſe eſt? optime eum de Hiſpanis, quorum cauſa ſuorum univerſorum jacturam fecit, peſſime de eo Hiſpanos, à quibus juſta nullâ cauſâ tot tantiſque

[5] p. 88.

periculis ac novis objectus eſt, meritum eſſe, nulliſque non beneficiis ab Auſtriaco domo univerſa, cui ſe totum ab annis 30 impendit, augendum & remunerandum ſponte agnoſcimus; nec ſi ſe (ex ſuo ruinam quam fecit reſarcire parata) reipſa gratam præſtet invidebimus: hoc unum quod ad ſuſceptam à te cauſam facit, quærimus Chiffleti; teque, quî Barrenſem Ducatum ad animoſiſſimum Principem, Hiſpanicarum rerum in adverſis columen, uxorio jure devolutum, Francici juris (ut ab antiquo fuit) non eſſe conficias, rogamus; cum nos, qui conſequentiæ hujus, *Nihil non* Carolo Duci *debent Auſtriaci Principes*. Ergo is, *Barrenſis Ducatus ratione, Majorum more Francicæ Coronæ obnoxius non eſt*, vim animadvertere non ſufficimus, niſi novô lumine mentis noſtræ aciem perſtringas; mentem tuam tenebris denſiſſimis merſam & ratione deſtitutam deplorare cogamur.

Barrenſium Principum genealogiam à Carolo Magno per Matthildem Burgundiæ Reginam derivare, ex eademque Carolum Ducem Barrenſi familiæ originem ſuam maternam per Yolendim Aragonum Reginam debere,
[1] p. 90. 91. (cum id in confeſſo ſit) demonſtrare [1] ſuperfluum, & à quæſtione *an Barrum Francici juris cenſeri debeat*, prorſus alienum eſt: cuicunque enim quomodocunque obvenerit Francicæ coronæ obnoxia ditio, ejuſdem Vaſſallus ex neceſſitate habebitur; ſed inutile forſan non fuerit errata tua, & dolos aliquot adnotare: nam 1. Renati primi veros titulos inducis, ne Carolus adnepos illatam atavo ab Hiſpanis injuriam perſentiſcat. 2. Yolendi ejus filiæ, quem vivo patre ab anni 1473 Iulii 24, ad 1480 Iulii 10, per annos fere 7 habuit, & filio pactô expreſſo communicavit, *Lotharingiæ Ducis* titulum denegas; quem niſi patre denatô non habuit, nec ultra triennium cum filio poſſedit, *Barri Ducis* tribuis. 3. Friderico Yolendis marito, quem nunquam ſibi ſumpſit, nunquam te prior alius ei aſſignavit, quamdiu is in vivis fuit, ab anno 1454 ad 1470, per annos fere 17, Ioannes Yolendis ejuſdem germanus geſtavit, & Nicolao filio geſtandum reliquit, *Lotharingiæ Ducis* titulum adſcribis. 4. Renatam Antonii Ducis uxorem, quæ *Borbonia* fuit, ex *Montispenſerii* ramo, perperam *Monspenſeriam* vocas; nec advertis *Montispenſerii* cognomen ante annum 1130 concidiſſe, dynaſtiamque de *Montepenſerio* in familias de *Thierno*, *Bellojoco*, *Arvernia*, *Borbone* per annorum 400, & quod excurrit, decurſum ſucceſſive tranſiiſſe. 5. Franciſcum II quamdiu Henricus germanus in vivis fuit, *Lotharingiæ Ducis* titulum, non ſibi, ſed Nicolaæ Henrici primogenitæ, & per eam Carolo marito debitum agnoviſſe, eaque de cauſa à titulo illô invadendô poſt denatum germanam aliquanto tempore abſtinuiſſe, ſed anno demum 1625, Novemb. 26, in nurus orbæ & injuriæ opportunæ dignitatem involaſſe.

[2] p. 92. Æque à propoſito tuo alienum eſt, quicquid de [2] *Barrenſi* mullis barbatis & cruciculis ornato *ſcuto*, & *galeæ apice*, de *Lotharingici ſcuti baltheo* & *Alerionibus*; de [3] *Lotharienſi pluribus laterculis diſtincto ſcuto*; de *galea* & *pallio*
[3] p. 93. *Ducali*, de *torque & coronâ* galeæ vertici impoſita, de *galeæ apice*, *telamonibus ſcutariis*, *teſſera militari*, *clamore bellico*, *enſe tutelari* & *lemmate epigraphico* adnotas; ſive enim his, ſive aliis Barri Comites & Duces inſignibus uſi ſint, ſive ea ſeorſim, ſive cum Lotharingicis, Andegavenſibus, Hungaricis, Aragonicis, Hieroſolymitanis, &c. geſtaverint, nihil inde ipſis accedit, quô *hominii* Francis debiti lege ſoluti ſint, aut eſſe potuerint: ſymbola illa omnia arbitra-

arbitraria, & poſt annum 1096 inventa, nemini reale quicquam contulerunt, aut conferre etiam nunc apta ſunt; ea igitur intacta ſuo loco reliquiſſem niſi multiplici te errato liberare animus fuiſſet: *Theobaldum* I *Ducem in prælio Bovinenſi pro Othone* IV *Cæſare ſtrenue dimicaſſe*, idque à Guill. Britone lib. 10. ſcriptum credere nos jubes, utrumque tamen falſo; ut ut enim Theobaldum Othonis partes cum *aurivolis ſignis* ſecutum libro 10. aſſerat, nullibi *dimicaſſe* refert, quanto minus *ſtrenue dimicaſſe* dixerit? libro certe 10 quo non pugnam, ſed pugnæ prævia deſcribit, pugnaſſe antequam concurrerent acies, dicere nullo modo potuit; *dimicaſſe* eum, qui *ſuos* ante pugnam *excitaſſe* dicitur, negare nolim, ſed id ex auctore quem laudas non habes. Alius hic etiam (ut Lotharingum cum ſuis *ſtrenue dimicaſſe*, idque Britonem totidem verbis adnotaſſe demus) nodus tibi ſolvendus extat: Ducis qui *ſuos excitavit* nomen non edidit Brito, ſed prælium anno 1213, *Chriſtophori Iacobique die poſt gaudia feſti, primâ, cui Domini dabant de nomine nomen Chriſticolæ*, ſeu Iulii 27, feriâ primâ, commiſſum libri 11. initio notavit; tunc autem alius à Theobaldo I, nempe Fridericus II Theobaldi parens Lotharingiæ Ducatum tenuit: Albericum audi, *Anno 1213 moritur Dux Lotharingiæ Fridericus poſt feſtum S. Remigii, poſt quem factus eſt Dux Moſellanorum & Lotharingiæ Theobaldus.* nota *poſt feſtum* quod Octob. 1. celebrari ſolet, non *poſt natalem*, qui in Ianuarii 13 incidit. Cum igitur (ex Alberici mente) poſt Bovinenſem cladem ad menſes duos, & dies ſex vitam Dux Fridericus produxerit, vel alius *à Duce* (ſi Theobaldum needum Ducem tecum intelligamus) prælio interfuerit, quod cum Britone pugnat; vel alius à Theobaldo Lotharingos *excitaverit*, ſi *Dux* ipſe poſt Octobris 1. ſuperſtes Othoni militavit. *Aquilularum in ſignis* Lotharingicis *depictarum* non meminit Brito, ſed *ſignorum* tantum, quæ *aurivola* vocat, quia *per auras volitabant*; quod *ſignis* omnino omnibus commune eſt; nec magis *Aquilæ*, quam *noctuæ*, aut *veſpertilionis* imagine conſignatis convenit: *Aquilulas* tuas *argenteas* in mente eum, quî ne *aquilas* nominavit, habuiſſe, quî fidem facies? *Aquilæ* (quæ antiquis non *Imperii*, ſed *legionum numina* fuerunt) non magis *Imperii*, quam *miniſterii* cujuſcunque *conſortium* oſtendere aptæ natæ ſunt; ſi *oſtenderent*, nemo ex *aquilas* geſtantibus *Imperii conſors* non eſſet: ſi *oſtendere* deberent, nemo *imperii conſors* eas non geſtaret: at utrumque ex æquo falſum eſt. Auſtriaci, Bavari, Luneburgici, &c. *Imperii* hoc ipſo inter Principes *conſortes*, quod eorum familiæ (hac ex parte Lotharingicæ præferendæ) nonnullos *Imperatores* protulere, nullas *Aquilas* geſtant; plurimi ubique longe infra Principum gradum conſtituti, eas ſibi pro arbitriô ſumpſere, nec quo metallo, aut colore inficiantur, refert ullo modo. cum * Othonis (Britone loco à te citato teſte) *aurea*, hodierni Imperatoris *furva* ſit, præferat Lotharingica domus *argenteas*; alii *coccineas*, alii *cæruleas* habeant: Non ob *geminas nativi coloris & auro coronatas*, *hinc inde* Lotharingicum *ſcutum ſuſtentantes aquilas*, ſed ob *Imperiale feudum*, Duces *aquilæ pullos* illo ipſo quem laudas loco, vocavit Petrus de Blarro rivo; [1] nec id ſingulare Lotharingicæ gentis ἀξίωμα, ſed Principum omnium Germanici *Imperii clientum* (ex ejus ſententia) denotaverit: poterat tamen longe probabilius eos, quod Imperatorum multorum poſteri per matres eſſent, eoque inter Germanici Imperii proceres eminerent, *Aquilæ pullos* nuncupare; Cum Gerardus anno 1070 denatus ex

* In Othonis aliorumque tam præcedentium, quam ſequentium bullis appenſiſque Chartis ſigillis, Aquila nulla viſitur. Vredius in Geneal. Fland. Friderici & Conradi exhibuit, alii alia proferent.

[1] Nanc. lib. 6.

ex Hadwide, Ermengardis Carolo Duce, Caroli Magni, Ludovici Pii, & Caroli Calvi Impp. nepote natæ filia; Theodericus anno 1115 defunctus, ex Gertrude Flandrica, Iudithæ Carolo Calvo natæ nepte: Matthæus ex Berta Othonis I, Conradi *Salici*, Henrici *Nigri*, & Henrici IV nepte; Fridericus I ex Luidmilla eorumdem nepte; Fridericus III; ex Iſabella Alberti I filiâ, Carolus I; ex Margareta Ruperti filiâ, Franciſcus I ex Chriſtierna Maximiliani I, Friderici III, Alberti I & Rudolfi I nepte familiam propagaverint.

Quamvis Fridericus Yolendis Andegavenſis maritus, & Fridericus avus Margaretæ Ionevillanæ conjugio auctus, inter Fridericos Lotharingos 5 & 6 fuerint; neuter in Ducibus fuit, aut eſſe jure potuit: non prior, quandoquidem anno 1415, Octob. 25, feria 6, in prælio Azincuriano occubuit, fratremque Carolum I Ducem annô demum 1430, Ianuarii 25 denatum ſuperſtitem reliquit, nec eo vivo Ducatum ſibi vindicare debuit. Non poſterior, quandoquidem Antonius pater, qui ſibi patrui Ducatum vindicare poſt ejus dormitionem conatus eſt, anno 1441 Martii 27, prætenſo juri renunciavit, nec ante 1447 deceſſit; Iſabella Dux, cujus dignitati inhiaverat, eam ad extremum uſque halitum retinuit, & Ioanni filio anno 1454, Febr. 12 denata reliquit; is vero reclamante nullo eam ad annum uſque 1470 poſſedit, & in Nicolaum filium, (qui ea, ad annum uſque 1473, à Friderici Yolendis amitæ mariti morte quartum, auctus eſt) tranſmiſit; eodemque denato vacua Ducatus hæreditas Yolendi amitæ obvenit, non Renato conſobrino, in quem vi ceſſionis maternæ A. D. 1473, Auguſti 2 tranſlata eſt. Cum igitur tu primus de alieno largus, [1] Antonio & Friderico Antonii filio titulum tribuas, de quo neuter Fridericus ullo modô cogitavit, quemque Antonius adeo depoſuit, ut nemo ſit ex poſteris qui illum in eo ad annum uſque 1624 agnoverit; quo inſolentiorem ludum pertinacia tua ludit, eo ſeverius plectenda, & majore contemptu calcanda eſt.

[1] Comm. Loth. p. 91. 99.

Vt in id unde exorſi ſumus deſinamus, quicquid [2] *de Marchiſi titulo* congeſſiſti, reliquam tuam de Barrenſi ditione diſputationem evertit; *Regnum* (inquis) *Lotharingiæ terminatur Germanico per Rhenum*, *Burgundico per Voſagum*, *Francico per Moſam & Scaldim.* Si hæc tua ſententia eſt, *Barrum* cum ſubjecta ditione (quandoquidem Tranſmoſana eſt, & extra *regni Lotharingici* Occaſum verſus terminum conſtituta) regno Francico ex hypotheſeos tuæ neceſſitate cedat oportet; nobiſque hoc ad te ex uno eodemque ore calidum & frigidum efflare ſolitum refellendum plus ſatis fuerit. Sed in Theſi tuâ nonnulla caſtiganda ſunt. 1. de Lotharingiæ regno, quaſi uſque nunc conſiſtente, loqueris; cum tamen maximâ ſui parte collapſum ſit; neque concidiſſe Lotharingici Ducatus reſpectu Germanici Imperii ordines, hoc ipſo in dubium revocent, quod eum *Statum liberum, nulli obnoxium*, adeoque tam extra *Imperium*, quam extra *Franciam* poſitum, ante annos 108 declararunt; ac nuper Metenſem, Tullenſem, Virdunenſem Diœceſes, extra quas Lotharingici Ducatus nihil, *regno Francico incorporatas* cenſuerunt; 2. *Rheno* non ubique *Lotharingiæ regnum terminatum* fuit, quandoquidem Moguntina, Wormacienſis, & Spirenſis diœceſes, quæ lævæ Rheni ripæ adjacent, & (ex hypotheſi tua) Lotharingicæ eſſe debuerant, nunquam fuerunt, ſed Franconici Ducatus pars Occidentalis; 3. Moſa ab anno 843 ad 926, *regnorum limes* dici potuit, poſtea niſi ex parte inter Vallem coloris & Macerias

[2] p. 96.

rias prout ex locis à temet citatis evincemus, non potuit. Nunc tecum (ſi placet) pergamus. [1] *Wibertus in vita S. Leonis P. P.* IX *Tullenſes conſtituit* in trium Regnorum confiniis, *nempe Burgundici, Francici Lotharienſis*: Agnoſcimus Chiffleti eo libentius, quod jam Wiberti mentem in primi *Commentarii* tui capitis confutatione explanavimus. [2] Addis, *Emma Regina Lotharii Regis Italiæ & Adelaidis Burgundæ filia, Lotharii Regis Francorum recens vidua, Ludovici* V *Regis mater, in epiſtola ad matrem ſuam Adelaidem tunc Imperatricem (quippe quæ ſecundis nuptiis juncta fuerat Othoni Magno Cæſari) ſic loquitur:* Noſtri quidam veſtræ præſentiæ, & Regis Conradi (*Burgundiæ*) in vicinia Romarici montis, *ubi confinium regnorum eſt*, decimo quinto Kalendas Iunii *me* & *filium meum* occurrere volunt. *Ex quibus perſpicuum eſt, Regnorum Lotharienſis, Burgundici & Francici Occidentalis fines communes fuiſſe in Voſago, non procul à fontibus Moſæ.* hunc vero locum antequam cauſam tuam jugulare evincam, nonnulla minutiora excutiam; ac 1. nullam, quo tempore Emma ſcripſit, *Imperatricem* ſeu *Imperatoris uxorem* proprie loquendo fuiſſe, ſed duas *Imperatorum viduas*, Adelhaidem ſcilicet Othonis I anno 973, Maji 7 denati, & Theophaniam Othonis II 983 Decemb. 7 defuncti relictas. 2. Adelhaidim *ſecundis nuptiis Othoni* I non *Cæſari*, ſed *Regi* ſociatam, ei enim anno 951 nupſit, *Cæſar* vero annô demum 962, à *ſecundis nuptiis* undecimo factus eſt. 3. licet bono ſenſu defendi poſſit trium *regnorum fines in Voſago non procul à Moſæ fontibus* fuiſſe, alio tamen, quam velis, modô intelligi debere, hoc nimirum, ante annum 926, ad Ararim, ipſiſque à fontibus Moſam protendebatur Lotharingiæ regnum, à 926 totus fere inter *Moſæ fontes*, Moſellam & Ararim poſitus Francico regno ſub Campaniæ Comitum præfectura provinciali paruit, iſque ejus ſtatus fuit anno 986, quo Emma Regina epiſtolam ad matrem dedit; Romarici enim montis oppidum, quod Moſellæ adjacet, ad Orientem & Septentrionem regnum Othonis tertii, ad meridiem regnum Conradi, ad Occidentem regnum Ludovici noſtri habuit; nec poſtea res mutavere, quandoquidem Vadonis mondis Comitatus Barrenſi, Barrenſis Campanico obnoxius fuit, cum toto Baſſigneio; cujus partes nonnullas, *Novum* ſcilicet *caſtrum*, *Chaſteneyum*, *Paſſavantium*, &c. Lotharingiæ Duces; *Motam*, *Caſtellionem*, *Marchiam*, &c. Barri Principes, ſub Campaniæ Comitum clientela ſemper tenuere, prout à nobis ante demonſtratum eſt.

Subjungis, [3] *Germanicum limitem expreſſit Ligurinus*, [4] *ubi de Lotharingis, ſive incolis Franciæ, quam* [5] *Sigebertus* mediam *nuncupat, ita canit*: Quos cum Germanis Rhenum partita Colonis Francia, ſeu magnô nomen ſortita Lotharo *Terra tenet*. Nos vero, cum de *limite* illo nulla (ſi quod de Maguntina, Spirenſi & Wormacienſi diœceſibus diximus, memori mente recolatur) difficultas ſit; ad ſequentia tua tranſimus. *Dux*, inquis *Lotharingiæ Moſellanicæ, quia illis, verſus partem Regni ſuperiorem, marchis ſeu limitibus præeſt*, Marchio *vel* Marchiſus *inſcribitur*. Qui à Principe de Marchia inveſtitus eſt, Marchio dicitur, *inquiunt Feudiſtæ*. *Atqui Lotharingiæ Dux ab Imperatore nominatim inveſtitur* de conductu in terris & âquis partium ſuarum, *quod eſt Marchiſi munus*; *Cujus cauſa Dux* limitis præfectum *conſtituit*, le Prevoſt de Marche, *qui ſtatum domicilium habere ſolet in Salinenſi caſtro, vulgo* Chaſteau Salins, *ejuſque curæ incumbit liberum iis præbere commeatum, qui*

[1] c. 8.

[2] Gerb. ep. 75. anno 986.

[3] Comm. Loth. p. 97.

[4] lib. 7.

[5] ann. 844.

à Moſâ ad Rhenum , à limite ad limitem , ex Francia in Germaniam, vel contra tranſire cupiunt , cum adjuncta cognitione ſcelerum juridica , quæ in viis publicis perpetiuntur. Hæc tu non male. Sed ne deſertum à te vadimonium , proditamque à te, quam temere ſuſceperas , cauſam, nemo non videat; quæro primum , ubi *ſtatum Præfecti Marchæ domicilium, Salinenſe* videlicet *Caſtrum,* quærere debeamus ; an ad Moſam , aut eo tranſmiſſo, in Barri vicinia, ut totus ille tractus Lotharingicus ab antiquo fuiſſe , & nunc eſſe videatur ? Imo inter Moſellam & Rhenum , in Metenſi Diœceſi , è regione Vici , adeoque procul à Barro, univerſoque limite noſtrô. quæro rurſum, ubi *Præfecti Marchæ* functio exercenda ? reſpondes *à Moſa ad Rhenum, à limite ad limitem, ex Francia in Germaniam* : Ergo Moſa *limes* regnorum ; ſi vero *limes*, quiſquis vel hinc , vel inde eum trajecit , è *regno* in *regnum* tranſiit ; quoque eum modo ab Oriente Lotharingia , eundem ab Occidente Francia pertigit : hinc autem ex neceſſitate conficitur , quotquot ab Oriente in Occidentem iter ſuſceperunt, ubi lævam Moſæ ripam attigerunt , è Lotharingia exceſſiſſe, jamque in Francia conſtitiſſe: ut vero Barrum adirent, Francicam ditiônem magis ac magis penetrare debuiſſe ; quod Barrum extra Lotharingiam in Francico ſolo ſtare , antiquumque ejus membrum eſſe , contra quam volebas , evincit. Accedit etiam Iacobi Bretexii à temet laudata p. 96 & 97 auctoritas. Is enim in *poëtica deſcriptione ludicri certaminis, ſeu* Torneamenti , *quod peractum eſt Chauvenciaci* anno 1285 , Feciales , qui præſentes aderant , ſic inclamantes induxit ; *Ils eſcrient* Priny , Priny , *l'enſeigne au riche Duc Ferry,* Marchis *entre les trois Royaumes* ; Cum enim ad Lotharingiæ Occidentem Barrenſis ditio porrecta ſit , & Campaniæ noſtræ Orientali contigua ; ſi eam Lotharingicam fuiſſe ſtatuamus, Lotharingiæ Dux (cujus ex hypotheſi ditio non Francicum, ſed Barrenſem tantum Comitatum contingit) *inter tria Regna Marchiſus* nequaquam fuerit , ſed ſolus Barrenſis ; cujus provinciola ab Occidente Campaniæ noſtræ , à meridie Burgundico regno , ab Oriente Lotharingiæ reliquæ adjacebat. Sed (ex Bretexii, quam laudas , ſententia) *inter tria regna Marchiſus* Lotharingiæ Dux fuit , Ergo limitem noſtrum attigit; Barrenſis ditio inter ipſum & nos media, in limite noſtro fuit; totaque, velis nolis, Francica non Lotharingica cenſeri debuit. Sive *per gladium*, ſive per aliud quid *Marchiones inveſtiendi* fuerint , nemine noſtrum reclamante, quantum voles diſputabis ; modo fixum , quod prolixe adverſus propria placita defendiſti , maneat , Lotharingiæ Ducem qui Campanos , niſi per medios Barrenſes non contingit , regni noſtri reſpectu *Marchionem* fuiſſe , Barrenſesque ei finitimos Francici juris ab antiquo fuiſſe, & uſque nunc eſſe.

De Barrenſis Ducatus,ubi Francicum eſſe agnoveris, amplitudine contendere neceſſe nullo modô fuerit ; Eam igitur quam nobis offers illius deſcriptionem nobis in poſterum uſui futuram attendamus: *In aperto eſt* (inquis)
[1] p. 81. [1] *ejus longitudinem à Baſſigneii Confluentio , Sanciacum uſque protendi , eſſeque leucarum horariarum facile quadraginta ; latitudinem vero ab Andernayo Satanacum uſque duarum ſupra viginti ; quamvis aliis locis ea anguſtius definiatur. Componitur autem Barrenſis Ducatus , ex præcipuis quatuor juridicialibus Prætoriis, vulgo* Bailliages , *Barrenſi nempe S. Michaelis , Clari montis & Baſſigneii.*

Primi

Primi Prætorii de Barro dicti, iſtæ ſunt Præfecturæ,
vulgo Prevoſtéz.

1. *Barrenſis*, de Bar. 2. *Sulliaci*, de Souilly. 3. *Petræ fixæ*, de Pierre fitte. 4. *Luppeii*, de Louppy.

Secundi Prætorii S. Michaelis iſtæ.

1. *S. Michaelis*, de S. Michel. 2. *Marchionatus Pontis*, du Pont à Mouſſon. 3. *Satanaci*, de Stenay. 4. *Duni*, de Dun. 5. *Longi vici*, de Longvy. 6. *Briaci*, de Brié. 7. *Stannæi*, d'Eſtain. 8. *Fagi*, de Foug. 9. *Confluentiæ in Iarviſio*, de Conflans au Iarviſy. 10. *Calciatæ*, de la Chauſſée. 11. *Buconis villæ*, de Bouconville. 12. *Mandrarum*, de Mandres aux quattre tours. 13. *Sanciaci*, de Sancy. 14. *Aurancæi*, d'Aurancy. 15. *Longuyonis*, de Longuyon. 16. *Noroii ſicci*, de Norroy le ſec. 17. *Viverii*, de Vivier. 18. *Sampiniaci*, de Sampigny. 19. *Tronæi*, de Trougnon. 20. *Richecurtis*, de Richecourt. 21. *Bauffremontii*, de Bauffremont. 22. *Eſnæi*, d'Eſne. 23. *Petræ fortis*, de Pierrefort: *Præter alias terras & dominia non exiguo numerô.*

Tertii Prætorii de Claromonte, iſtæ ſunt Præfecturæ.

1. *Clarimontis*, de Clermont. 2. *Varennarum*, de Varennes. 3. *Montignonis*, de Montignon. 4. *Viennæ*, de Vienne, *& aliæ.*

Quarti Prætorii, de Baſſigneio iſtæ.

1. *Motthæ*, de la Mothe. 2. *Burnonis montis*, de Bourmont. 3. *Marchiæ*, de la Marche. 4. *Confluentiæ*, de Conflans en Baſſigny. 5. *Caſtellionis ad Sagonam*, de Chaſtillon ſur Saone. 6. *Gundrecurtis*, de Gondrecourt. 7. *Columbæi*, de Colombe, *& alia dominia.*

Præter jam recenſita quatuor Prætoria, Barrenſi Ducatui à Principibus iſthæc fuere adjuncta.

1. *Prætorium & Præfectura Hattonis Caſtri*, de Hatton Chaſtel. 2. *Prætorium & Præfectura Iameſii*, de Iames. 3. *Prætorium & Præfectura Aſperi montis*, d'Aſpremont. 4. *Præfectura Martis villæ*, de Marville, *quæ communis eſt Ducibus, Lucemburgenſi & Barrenſi. Hæc ſunt membra præcipua, totius terræ Ducatuſque Barrenſis.*

Hucuſque tu; nec noſtra refert, an ſingula iſta dominia ab initio Barrenſis ditionis fuerint, an vero ipſi quomodocunque accreverint; hoc unum nobis ad litis deciſionem ſat eſt, univerſa in unum corpus compingi, cujus caput Barrum ſit, cætera vero ejuſdem membra cenſeantur. Cum enim in Franciæ Occidentalis regno, trans Moſam Lotharingici regni antiquum limitem, loci illius ſitus, omnium oculis ſubjectus, fallere neminem poſſit; eumque nos Francicum ſemper, cum ſubjecta ditione fuiſſe, evicerimus; eum quod erat, quia ei Lotharingica quædam acceſſerint, eſſe deſiiſſe; naturamque Lotharingicâ (ut ſic dicam) contagione mutaviſſe putare, abſurditatem omnem ſuperat; ſed conſentiente Iuriſperitorum judicio, *Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.*

Quicquid pervicaciſſimis ſentire libeat; Sereniſſimum Ducem Majorum Francis addictiſſimorum veſtigiis inſiſtere, quamque reipſa inviolatam præſtiterunt, fidelitatem ſpondere longe convenientius eſt; quam hominis degeneris, inſanoque in regnum, cui avitam originem debet, odio adeo corrupti, ut hoſtium (quibus ſe totum mancipavit) cauſa nihil non audeat; litem nullam ſuam non faciat; maledicum in Regum gentem, famam, regnum

nihil negligat, præſtigiis, & commentis ſeſe committere. Si ei *degeneris* & *corrupti* elogium inurere videar, non ejus, quem optimum, nominis ſui ſtudioſum, verumque patrum imitatorem vellemus, infamandi, ſed ad meliora, ex admiſſorum conſcientia, retrahendi animo feci; quid enim ſe indignius aggredi potuit? Ejus ante annos 250, vel atavus, vel gentilis Novi Caſtri Carolo I Lotharingiæ Duci ſub Regis clientela commiſſi incola, læſæ Majeſtatis vindex, cum exſurrexiſſet, eoque nomine à Principe infenſo carceri mancipatus fuiſſet, ad Regis exardeſcentis nutum libertati reſtitutus eſt; ſic enim in Caroli VI diplomate A. D. 1412, Febr. menſe Pariſiis ſcripto legimus. [1] *Il avoit eſté dit par arreſt de noſtre ditte Cour, qu'elle tenoit & tient, leſdits ſupplians*, Charles Duc de Lorraine, Charles & Henry de Duilley, &c. *& chacun d'eux, convaincus & atteints des cas, crimes & malefices deſſusdits; & avec ce les avoit, & à condamnéz, & chacun d'eux pour le tout, à rendre & mettre realement, & de fait en noſtre main leſdits Thierry Porcelet, Maiſtre Iaques Fourot, Lancelot Belpigné, Iean Fourot*, Aubert Chifflet &c. *priſonniers, pris par leſdits ſupplians, audit lieu de Neufchaſtel, & depuis par eux tranſportéz, dont deſſus eſt faitte mention; & auſſy à rendre & reſtituer tant auſdits priſonniers, comme auſdits Colard Belpigné, Colard Fourot, & Henry Colinet en la qualité qu'ils avoyent procedé en cette partie, tous leurs biens pris, declaréz en leur ditte demande, & profit dudit defaut.* Hic Hiſpanicarum partium, in hanc uſque diem exitioſis pedicis impeditum Carolum III (ne quando libero animo quicquam de ſe, populiſque, quos ſecum in præceps egit, ſtatuere, aut cum Francis propinquis, & ab antiquo amicis, in gratiam redire poſſit) exquiſitarum in Regum, totiuſque gentis famam contumeliarum laqueis inſtructus, invadit, jamque per ſe inflammatum, velut ſubditis facibus, magis ac magis accendit; ut tandem, ejurata, quam more Majorum, pro Barrenſi Ducatu aliiſque feudis Coronæ Francicæ obnoxiis, promiſit fidelitate; extorris mori, quam (quod revera eſt) Vaſſallum ſe Francorum fateri malit. Quantum à Majoribus mutatus ſit Chiffletius, in aperto eſt; quantum *Commentario* ſuo *Lotharienſi* apud Principem cujus pacifica conſilia intervertere conatur, promoverit, eventus docebit. Eum tamen naturæ, quæ tot modis eum familiæ Capetinæ alligavit, ductum tandem aliquando, procul faceſſere juſſis turbonibus, ſecuturum non diffido; Eaque ſpe, quot potiſſimum modis ipſum Capetini ſanguinis tradux contigerit, ob ejus totiuſque Chriſtiani orbis oculos pono, & fine iſto *Nævorum Chiffletianorum demonſtrationem* conſigno.

[1] Geneal. Loth. prob. p. 178, 79.

I. L O.

I. LOTHARINGIÆ SUPERIORIS DUCUM STEMMA CAPETINUM MULTIPLEX.

Hugo Magnus Francorum Dux Hadwidis maritus.

Hugo Capetus Rex Adelheidis maritus. — Beatrix Frederici I Ducis uxor. *tab.* VII.

Robertus Rex Conſtantiæ maritus. — Hadwidis Rainerii I V ac exinde Hugonis uxor. *tab.* VI. — Adela Rainaldi Nivern. uxor. — Giſla Hugonis Pontivi Comitis uxor.

Henricus Rex Annæ maritus prior. — Robertus Dux Burgundiæ. *tab.* III, & IV. — Adela Balduini Inſulani uxor. *tab.* V.

Philippus Rex Bertæ maritus.

Ludovicus V I Adelheidis maritus prior.

Ludovicus V I I Alienordis, 2 Conſtantiæ, 3 Adelæ maritus. — Robertus Drocarum Comes Agnetis de Brana maritus. — Petrus Iſabellæ de Curtiniaco maritus.

Maria Henrici I Campan. Comitis uxor. — Adelhais Theobaldi Carnutum Comit. uxor. — 3 *nupt.* Philippus I I Iſabellæ Hannon. maritus. — Adela Guillelmi Pontivi Comitis uxor.

Theobaldus Blancæ Navar. maritus. — Maria Balduini Imp. uxor. — Margareta Gualteri de Avennis uxor. — Ludovicus V I I I Blancæ Caſtell. maritus.

Theobaldus Rex Agnetis de Bello joco ac exinde Margaretæ Borbon marit. — Maria Hugonis de Caſtel. uxor. — Ludovicus I X Margaretæ de Provincia maritus.

Blanca Ioannis I Britan. Ducis uxor. — Henricus Blancę Atreb. marit. — Guido I Beatricis Flandr. maritus. — Blanca Ferdinandi Cerdæ uxor. — Agnes Roberti I I Burgund. Ducis uxor. — Philippus I I I Iſabellæ Aragon ac exinde Mariæ Brabant. maritus.

Ioanna Philippi I V Regis uxor. — Guido I I Margaretæ Valeſię maritus. — Philippus I V Ioannæ maritus. — 1 *nupt.* Carolus Margaretæ Andegav. ac exinde Matthildis de S. Paulo maritus. — 2 *nupt.* Ludovicus Ebroic. Comes Margaretæ Attrebat. maritus.

Maria Rudolfi Lotharing. Ducis uxor. — Carolus Ioannæ Britan. marit. — Ludovicus X Margaretæ Burg. marit. — Philippus V Ioannę Burg. marit. — Iſabella Eduardi I I uxor. — Philippus V I Ioannę Burg. marit. — Iſabella Ioannis I I I Britan. uxor. — Ioanna Guillelmi Hanoniæ Comitis uxor. — Carolus Alenc. Comes Mariæ Cerdæ marit. — Iſabella Valeſia Petri I uxor. — Philippus Ioannæ Navarr. Reginæ maritus. — Maria Ioannis III Brabant. uxor.

Maria Ludovici I Siciliæ Regis uxor. — Ioanna Philippi Ebroicen. uxor. — Margareta Ludovici Flandrici uxor. — Ioannes Bonæ Lucemburg. maritus. — Petrus Mariæ Chamaillart. maritus. — Carolus I I Ioannæ Franciçæ maritus.

Ioanna Caroli II Navarri uxor. — Maria Roberti Barri Ducis uxor. — Carolus V Ioannæ Borbonię maritus. — Ludovicus I Siciliæ Rex Mariæ Bleſenſis marit. — Ioannes Biturig. Dux Bonæ Armen. maritus. — Philippus Burgund. Dux Margar. Flandricę mar. — Maria Ioannis I V Haricuriæ Comitis uxor. — Carolus III Leonorę Caſtellæ maritus. — Ioanna Ioannis V Britan. Ducis uxor.

Ludovicus Aurelian. Dux Valentinæ Mediol. maritus. — Ludovicus II Yolendis Aragonicę maritus. — Maria Ioannis I Borb. Ducis uxor. — Bona Amedei V I I uxor. — Ioannes Margar. Bavaricę maritus. — Maria Antonii de Vadonis monte uxor. — Blanca Ioannis Aragoni uxor prior.

Margareta Richardi Stamp. uxor. — Carolus Mariæ Cliven. marit. — Ioannes Egolisinæ Comes Margar. Rohaniæ marit. — Renatus Rex Iſabellæ Lothar. Ducis maritus. — Philippus I I Iſabellæ Portugallicæ maritus. — Maria Adolfi Cliviæ Comitis uxor. — Agnes Caroli I Borbonii Ducis uxor.

Ludovicus X I I Annę Britannicæ maritus. — Carolus Ludovicæ Sabaudicæ marit. — Yolendis Frider. Comitis de Vadonis monte uxor. — Carolus Iſabellæ Borboniæ maritus. — Maria Caroli Aurelian. Ducis uxor.

Claudia Franciſci I Regis uxor. — Franciſcus I Claudiæ maritus. — Maria Maximiliani I Auſtriaci uxor.

Henricus I I Catharinæ Medicææ maritus.

Claudia Caroli I I Lotharingiæ Ducis uxor.

II. *Lotharingiæ ſuperioris Ducum Stemma Capetinum multiplex.*

- Ludovicus VIII Blancæ Caſtell. maritus.
  - Ludovicus IX Margaretæ de Provincia maritus.
    - Robertus Clarimontis Comes Beatricis Burgundicæ maritus.
      - Ludovicus Borboniæ Dux Mariæ Hannonicæ maritus.
        - Petrus I Iſabellæ Valeſiæ maritus.
          - Ludovicus II Annæ Delfinæ maritus.
            - Ioannes I Mariæ Bitur. maritus.
              - Carolus Agnetis Burg. maritus.
                - Iſabella Caroli Burg. Ducis uxor.
                - Catharina Adolfi Geldr. uxor.
                - Margar. Philippi Sab. uxor.
              - Ludovicus Gabrielidis de Turre marit.
                - Gilbertus Claræ Gonzagæ maritus.
                  - Renata Antonii Lotharing. Ducis uxor.
          - Ioanna Caroli V. uxor.
          - Bona Amedei VI Sabau. uxor.
            - Amedeus VII Bonæ Bitur. marit.
              - Amedeus VIII Mariæ Burg. marit.
                - Ludovicus Annæ Cypriæ maritus.
                  - Philippus Margaretæ Borbon. marit.
                    - Ludovica Caroli Egoliſm. uxor.
        - Iacobus Marchiæ Comes Ioannæ de S. Paulo marit.
          - Ioannes Catharinæ Vindocin. maritus.
            - Carlota Iani Cypri Regis uxor.
              - Anna Ludovici Sabaudi uxor.
            - Ludovicus Vindocin. Comes Ioannæ de Valle maritus.
              - Ioannes Iſabellæ de Bello vallo maritus.
                - Ioanna Ioannis III de Turre uxor.
      - Ioannes Carolesii Dynaſta Ioannæ de Argiis marit.
      - Margareta Ioannis de Soliaco uxor.
        - Ludovicus Iſabellæ de Credonio marit.
          - Maria Guidonis de Tremollia uxor.
            - Georgius Catharinæ de Inſula maritus.
              - Ludovicus Bertranni III Arvern. uxor.
                - Ioannes III Ioannæ Borbon. maritus.
                  - Magdalena Laurentii Medicæi Vrbini Ducis uxor.
                    - Catharina Henrici II uxor.
  - Robertus Attrebatum Comes Matthildis Brabant. maritus.
    - Robertus II Amiciæ de Cortiniaco marit.
      - Philippus Blancæ Brit. maritus.
        - Margareta Ludovici Ebroi. uxor.
      - Matthildis Othonis Burg. Comitis uxor.
        - Ioanna Philippi V uxor.
    - Blanca Henrici Navar. Regis ac exinde Edmundi Anglic. uxor.
  - Carolus I Siciliæ Rex Beatricis de Provincia maritus.
    - Carolus II Mariæ Hungar. maritus.
      - Margareta Caroli Valeſ. uxor 1.
      - Blanca Iacobi II Arag. uxor.
      - Leonor Friderici Trinacr. Regis uxor.

III. LOTHA-

III. LOTHARINGIÆ DUCUM STEMMA CAPETINUM MULTIPLEX.

Hugo Magnus Hadwidis maritus.

Hugo Capetus Rex Adelhaidis maritus. — Beatrix Friderici I Ducis uxor.

Robertus Rex Conſtantiæ maritus. — Hadwidis Rainerii I V Hannon. ac exinde Hugonis Dagſburg. uxor. — Adela Rainaldi Nivern. uxor. — Giſla Hugonis Pontivi Comitis uxor.

Henricus I Annæ maritus prior. — Robertus Burgundiæ Dux Eliæ de Sine muro maritus. — Adela Balduini Inſulani uxor.

Philippus I Bertæ maritus. — Henricus Sibyllæ Burgund. maritus. — Conſtantia Hugonis I I Cabiloni Comitis ac exinde Alfonſi V I uxor. — Aldeardis Guillelmi V I I Aquitan. Ducis uxor.

Ludovicus V I Adelhaidis maritus prior. — Odo I Matthildis Burgundicæ maritus. — Henricus Comes Portug. Tereſiæ marit.

Ludovicus V I I. Vide *tab.* 1. — Robertus Drocarum Comes Agnetis de Brana maritus. — Petrus Iſabellæ de Curtiniaco maritus. — Ala Guillelmi I I I Comitis de Pontivo uxor. — Hugo I I Matthildis de Torena maritus. — Alfonſus I Rex Matthildis Sabaudicæ maritus.

Robertus I I Yolendis de Codiciaco maritus. — Adelhais Ademari Egoliſmæ Comitis uxor. — Petrus Imp. Agnetis Nivernen. maritus. — Robertus Matthildis de Magduno maritus. — Odo I I Mariæ de Campania maritus. — Matthildis Guillelmi de Montepeſſulano uxor Mariæ Arag. Reginæ avia. — Aigelina Hugonis de Vadonis monte uxor. — Raimundus Agnetis de Montepenſer. marit. — Sancius I Dulciæ Aragon. maritus. — Vrraca Ferdinandi I I Legion. uxor.

Robertus I I I Aanor de S. Valerico marit. — Petrus Ælidis de Thoarſio Britan. Ducis maritus. — Philippa Henrici I Barrenſis uxor. — Iſabella Ioannis Angliæ Regis uxor. — Matthildis Hervei I I de Donziaco uxor. — Petrus Petronillæ de Ioviniaco marit. — Hugo I I I Adelhaidis Lotharingicæ ac exinde Beatricis Dalfinæ maritus. — Matthildis Roberti IV Arvern. uxor. — Adelhais Archimbaldi V I I Borbonii uxor. — Matthildis Guidonis Niver uxor. — Alfonſus I I Vrracæ Caſtell. maritus.

Yolendis Hugonis I V Burgund. Ducis uxor. — Ioannes I I I Mariæ Borboniæ maritus. — Ioannes I Blancæ de Campania maritus. — Agnes Guidonis de Caſtellione uxor. — Amicia Roberti I I Attrebat. uxor. — Odo I I I Adelh. de Vergiaco marit. — Adelhais Beraldi II de Mercorio uxor. — Matthildis Ioannis Burg. Comitis uxor. — Guido I I Petronillæ de Cambonio maritus. — Alfonſus I I I Beatricis de Caſtella maritus.

Robertus I V Beatricis de Monteforti marit. — Ioannis I I Beatricis Anglicæ maritus. — Hugo I V Yolendis Drocenſis maritus. — Beraldus I I I Beatricis Borbon. marit. — Guillelm. VII Adelhaidis Brab. marit. — Dionyſius Iſabellæ Arag. marit. — Conſtantia Ferdinandi IV Caſtell. uxor.

Yolendis Arturi II Britan. Ducis uxor. — Arturus I I Mariæ Lemovic. ac exinde Yolendis maritus. — Odo Nivern. Matthildis Borb. marit. — Ioannes Agnetis Borbon. marit. — Robertus I I Agnetis Francic. maritus. — Adelhais Henrici I I I Brabant. uxor. — Margareta Guidonis I X Lemovic. uxor. — Robertus V Leonoræ de Baſſia maritus. — Alfonſus I V Beatricis Caſtell. marit. — Maria Alfonſi I I Caſtellæ Regis uxor.

Ioanna Roberti Flandri uxor. — Adelhais Burchardi VI Vindocin. uxor. — Ioannes I V Ioannæ Flandricæ maritus. — Guido Pentebriæ Comes Ioanne d'Avang. marit. — Yolendis Roberti Flandrici uxor. — Beatrix Roberti Clari montis Comitis uxor. — Margareta Ludovici X uxor. — Ioanna Philippi V I uxor. — Maria Eduardi Barri Comitis uxor. — Maria Arturi II Ducis uxor 1. — Robertus VI Beatricis de Monte Gaſconis maritus. — Petrus cui ex contubernio Laurentiæ Tereſiæ & Agnetis de Caſtro nati.

Ioannes I I Ioannæ de Pontivo marit. — Ioannes V Ioannæ Navar. mar. — Ioanna Caroli Bleſenſis uxor. — Robertus V I I Mariæ Flandr. maritus. — Ioannes I Rex Philippæ Lancaſtriæ marit. — Beatrix Sancii Albuquerquii uxor.

Catharina Ioannis Borbonii uxor. — Margareta Alani I X Rohani uxor. — Richardus Stamparum Comes Margaretæ Aurelian. maritus. — Godefridus Ioannæ de Ventadorio maritus. — Ioannes Srab. Comes Iſabellæ neptis maritus. — Eduardus Rex Leonor. Arag. maritus. — Iſabella Philippi Boni Burg. Ducis uxor. — Alfonſus ex contubernio natus Bragant. Dux Beatricis de Pereira marit.

Margareta Ioannis Egoliſinæ Comitis uxor. — Franciſcus I I Margaretæ Fuxenſis maritus. — Maria Bertranni de Turre uxor. — Iſabella Ioannis I I Caſtel. uxor 2. — Leonora Friderici I I I Imper. uxor. — Iſabella Ioannis patrui uxor.

Anna Ludovici X I I uxor Claudiæ Carolo I I Duci nuptæ proavia. — Bertrannus I Iacobæ de Peſchino maritus. — Iſabella Ferdinandi Catholici uxor prior.

Bertrannus I I Ludovicæ de Tremollia maritus.

Ioannes I I I Ioannæ Borboniæ maritus.

IV. *Lotharingiæ Ducum Stemma Capetinum multiplex.*

Hugo Magnus Hadwidis maritus.

Hugo Capetus Rex Adelheidis maritus. | Beatrix Friderici I Ducis uxor.

Robertus Rex Conſtantiæ maritus. | Hadwidis Rainerii IV Hannon. ac exinde Hugonis Dagsburg. uxor. | Adela Rainaldi Nivern. uxor. | Giſla Hugonis Pontivi Comitis uxor.

Henricus I Rex. | Robertus Burgund. Dux Eliæ de Sine muro maritus. | Adela Balduini Inſulani uxor.

Henricus Sibyllæ maritus. | Conſtantia Hugonis Cabiloni Comitis ac exinde Alfonſi VI Caſtell. uxor. | Aldeardis Guillelmi VII Aquitan. Ducis uxor.

Vrraca Raimundi Guillelmo II Burgund. Comite nati, ac exinde Alfonſi Aragon. uxor. | Guillelmus VIII Philippæ Toloſanæ maritus.

Alfonſus VIII Berengariæ Raimundo Barcinonis Comite natæ ac exinde Richſa Polon. maritus. | Guillelmus IX Aanordis de Caſtro Airaldi maritus. | Agnes Ranimiri II Arag. Regis uxor.

1 *nupt.* Sancius III Blancæ Navarricæ maritus. | Ferdinandus II Vrracæ Portugal. maritus. | 2 *nupt.* Sancia Alfonſi II Aragon. Regis uxor. | Alienordis Ludovici VII Franc. & Henrici II Angl. Regum uxor.

Alfonſus IX Alienordis Angl. marit. | Alfonſus IX Berengariæ maritus.

Berengaria Alfonſi IX Legionen. uxor. | Vrraca Alfonſi II Portugal. uxor. | Blanca Ludovici VIII uxor. | Ferdinandus III Beatricis Suevicæ ac exinde Ioannæ de Pontivo maritus. | Alfonſus Molinæ Dynaſta Majoris Mendozæ marit. | Berengaria Ioannis Brennæi Regis uxor 2.

1 *nupt.* Alfonſus X Yolendis Aragon. maritus. | Manuel Beatricis marit. | 2 *nupt.* Ferdinandus Albæ malæ Comes Lauræ de Montef. marit. | Leonora Eduardi I Angl. uxor. | Maria Sancii IV uxor. | Ludovicus Agnetis Belli montis Vicecomitis maritus.

Ferdinandus Cerda Blancæ Franc. maritus. | Sancius IV Mariæ de Molina maritus. | Ioannes Emmanuel Blancæ Cerdæ maritus. | Ioannes Ioannæ de Guerchia marit.

Ferdinandus Ioannæ de Lara maritus. | Ferdinandus IV Conſtantiæ Portug. marit. | Ioanna Henrici II uxor. | Robertus Mariæ de Credonio maritus.

Blanca Ioannis Emmanuelis uxor 2. | Maria Caroli Alenc. uxor. | Alfonſus XI Mariæ Portugal. maritus. | Ioannes II Mariæ de Haricuria maritus.

Petrus ex Mariæ de Padilla contubernio pater. | Henricus II Rex & Leonoræ Guzman contubernio, Ioannæ Emmanuelis marit. | Fridericus Magiſter S. Iacobi. | Sancius Albuquerq. Beatricis Portug. marit. | Maria Guillelmi Chamaillart de Altanoxia uxor.

Conſtantiæ Ioannis Lancaſtriæ uxoris 2. | Ioannes I Leonoræ Aragon. maritus. | Leonora Caroli III Navarræ uxor. | Alfonſus Stabuli Comes Ioannæ Mendoz. maritus. | Leonora Ferdinandi I Aragon. uxor. | Maria Petri Alenconii uxor.

Catharina. | Henricus III. | Ferdinandus Leonoræ Albuquerq. maritus. | Fridericus Henriquez Marinæ de Ayala maritus.

Ioannes II Iſabellæ Ioanne Portugal. natæ marit. | Ioannes Aragon. Rex. | Ioanna.

Iſabella Catholica. | Ferdinandus Catholicus.

Ioanna Philippi Auſtriaci uxor.

V. *Lotha-*

V. *Lotharingiæ Ducum Stemma Capetinum multiplex.*

1 Hugo Magnus Hadwidis maritus.

2 Hugo Capetus Rex Adelhaidis maritus. — Beatrix Friderici I Ducis uxor.

3 Robertus Rex. — Hadwidis Raineri I V Hannon. ac exinde Hugonis Dagſburg. uxor. — Adela Rainaldi Nivern. uxor. — Giſla Hugonis Pontivi Comitis uxor.

4 Henricus I. — Robertus Dux. — Adela Balduini Inſulani Comitis uxor.

5 Balduinus Richildis Hannon. maritus. — 5 Robertus Friſio Gertrudis Saxon. maritus poſterior.

6 Balduinus I Hannon. Idæ Lovan. maritus. — 6 Gertrudis Theoderici Lotharing. Ducis Gerardo & Hadwide nati uxor.

7 Balduinus I I Yolendis Geldricæ maritus. — Richildis Amalrici de Monteforti uxor. — Adelhais Hugonis de Ruminiaco uxor. — 7 Theodericus Flandr. Suanihildis ac exinde Sibyllæ Andeg. maritus. — Simon I Adelhaidis Lothario Imper. natæ maritus.

8 Balduinus I I I Adelhaidis Namurcicæ maritus. — Laurentia Henrici cæci Namurc. uxor. — Margareta Balduini IV uxor. — 8 Matthæus I Bertæ Friderico I I Sueviæ Duce natæ maritus. — AgathaRainaldi Burg. Comitis uxor.

9 Balduinus I V Margaretæ Flandricæ maritus. — Yolendis Hugonis S. Pauli Comitis uxor. — 9 Fridericus I Luidmillæ Polon. marit. — Adelhais Hugonis I I I Burg. Ducis uxor 1. — Iudith Stephani I Burgund. Comitis uxor. — Sophia Henrici Limburg. uxor.

10 Balduinus Imper. Mariæ de Campania maritus. — Iſabella Philippi Auguſti Regis uxor. — Sibylla Guiſcardi de Bello joco uxor. — 10 Fridericus I I Agnetis de Barro maritus.

11 Margareta Burchardi de Avennis ac exinde Guillelmi de Dampetra uxor. — 11 Matthæus I I Catharinæ Limburgici maritus.

1 nupt. 12 Ioannes Adelhaidis Holland. marit. — Balduinus Felicitatis. de Codiciaco maritus. — *2 nupt.* Guido Flandr. Mathildis de Bethunia, ac 2 Iſabellæ Lucemburg. maritus. — 12 Fridericus I I I Margaretæ de Campania maritus.

13 Ioannes I I Philippæ Lucemburgicæ marit. — Beatrix Henrici Lu-cemb. uxor. — Robertus Yolendis Burg. marit. — Guilielmus Teneram. Adelh. de Nigella maritus. — Margareta Ioannis I Brabant. uxor. — Margareta Rainaldi Gueldr. uxor. — Beatrix Hugonis Bleſenſ. Comitis uxor. — Theobaldus Iſabellæ de Ruminiaco maritus. — Iſabella Hervei de Vadonis monte uxor.

14 Guillelmus Ioannę Valeſiæ marit. — Maria Ludovici I Borbonii uxor. — Ludovicus Ioannæ Regiſtet. maritus. — Robertus Caſtelli Morin. Dynaſta, Ioannæ Britan. maritus. — 14 Fridericus I V Iſabellæ Auſtriacæ maritus.

15 Margareta Ludovici I V Imper. uxor 2. — Philippa Eduardi III Angl. uxor. — Ioanna Ioannis Britan. Ducis uxor. — Ludovicus I I Margaretæ Franc. maritus. — Yolendis Henrici Barri Comitis uxor. — 15 Rudolfus Mariæ Bleſenſis maritus.

16 Albertus Margaretæ Brigenſis maritus. — Ludovicus Margaretæ Brabant. maritus. — 16 Ioannes Sophiæ Wirtembergicæ maritus.

17 Margareta Ioannis Burgund. Ducis uxor. *s.l.* — Margareta Philippi Burgund. Ducis uxor. — 17 Carolus I Margaretæ Bavaricæ maritus. — Fridericus Margaretæ de Vadonis monte maritus.

18 Iſabella Renati Siciliæ Regis uxor. — Antonius Mariæ de Haricuria maritus.

19 Yolendis Duciſſa. — Fridericus.

20 Renatus Dux Philippæ Gelrenſis maritus.

21 Antonius Renatæ Borboniæ maritus. — Claudius Guiſiæ Dux Antoniæ Borbon. maritus.

22 Franciſcus Chriſtiernæ Danicæ maritus.

23 Carolus I I Claudiæ Franciçæ maritus.

24 Henricus Margaretæ Gonzagæ maritus. — Franciſcus Chriſtianæ Salmenſis maritus.

25 Nicolaa. — Claudia. — Carolus I I I, — Nicolaus Franciſcus.

 VI. *Lotha-*

VI. *Lotharingiæ Ducum Stemma Capetinum multiplex.*

4 Adela Balduini Inſulani Comitis uxor.

5 Mathildis Guillelmi Conqueſtoris Angl. Regis uxor.

6 Henricus I Mathildis Scoticæ maritus. — Adela Henrici Stephani Carnut. Comitis uxor Soliaci Dynaſtarum Campaniæ & Carnutum Comitum avia.

7 Mathildis Gaufridi Andegav. uxor. — Mathildis extra nuptias nata Guillelmi Goeth uxor. 7

8 Henricus II Alienordis Aquitan. maritus 2. — Guillelmus Alienordis de Campania marit. 8

9 Ioannes Iſabellæ Engoliſm. maritus. — Mathildis Henrici Leonis uxor. — Alienora Alfonſi IX Caſtell. uxor. — Mathildis Henrici II de Donziaco uxor. 9

10 Henricus III Alienordis de Provincia maritus. — Edmundus. — Henricus Agnetis Palat. maritus. — Herveus III Mathildis de Curtiniaco maritus. 10

11 Eduardus I Alienordis de Caſtella maritus. — Edmundus Beatricis Attrebat. maritus 2. — Agnes Othonis Bavar. Ducis uxor. — Agnes Guidonis Comitis de S. Paulo uxor. 11

12 Eduardus II Iſabellæ Franc. maritus. — Alienora Henrici Barrenſis uxor. — Margareta Ioannis II Brabant. uxor. — Henricus I Mathildis Chawordię maritus. — Ludovicus Mathildis Habſpurg. maritus. — Iſabella Mainardi Carinth. Ducis uxor. — Yolendis Archimbaldi IX de Borbonio uxor. 12

13 Eduardus III Philippæ Hannon. maritus. — Henricus II. — Rudolfus Mathildis Naſſov. maritus. — Ludovicus IV Beatricis Glogov. ac exinde Margaretæ Hannon. marit. — Mathildis Odonis de Burg. uxor. — Agnes Ioannis de Burgund. uxor. 13

14 Ioannes Blancæ Lancaſtr. ac exinde Conſtantiæ Caſtell. maritus. — Blanca Ioannis Lancaſtr. uxor prior. — 14 Adolfus Ermengardis de Oetingen marit. — Stephanus Elizabeth Siculæ maritus. — Albertus Margaretæ Brigenſis maritus.

15 Philippa Ioannis Portugal. Regis uxor. — Catharina Ioannis II Caſtell. Regis uxor. — 15 Rupertus Beatricis Arnberg. marit. — Stephanus Thadææ Mediol. maritus. — Margareta Ioannis Burgund. Ducis uxor.

16 Rupertus Imp. Elizabeth Nurembergicæ maritus. — Iſabella Caroli VI uxor.

17 Margareta Caroli I Ducis uxor.

VII. *Lotha-*

VII. *Lotharingiæ Ducum Stemma Capetinum multiplex.*

1 Hugo Magnus Hadwidis maritus.

2 Hugo Capetus Rex Adelhaidis maritus. — Beatrix Friderici I Ducis uxor.

3 Robertus Rex Conſtantiæ maritus. — Hadwidis Rainerii Hannon. ac exinde Hugonis Dagſburgenſ. uxor.

4 Rainerius I I I Matthildis maritus. — Beatrix Ebali Comitis de Roccio uxor.

5 Richildis Balduini Flandr. Comitis uxor. — Aelis Hilduini Comitis de Roceio uxor. — HadwidisGodefridi de Florinis uxor.

6 Ebalus I I Sibyllæ maritus. — Felicia Sancii Arag. Regis uxor. — Beatrix Gaufridi Moritaniæ Comitis uxor. — Ada Godefridi deGniſia uxor. — Godefridus I I.

7 Hugo Cauliculus Avelinæ marit. — Ranimirus Agnetis Aquitan. maritus. — Iuliana Giſleberti de Aquila uxor. — Guido Adelviæ de Montemoranciaco maritus. — Hugo Aelidis Balduino I Hannon. natæ maritus.

8 Ada Gualcheri II de Caſtell. uxor; ex quo Caſtell. omnes. — Petronilla Raimundi Bereng. Barcin. uxor. — Margareta Garciæ Navarræ Regis uxor. — Burchardus Aelidis maritus. — Nicolaus Idæ de Chiures maritus.

9 Dulcia Sancii I Portug. uxor. — Alfonſus I I Sanciæ Caſtell. maritus. — Blanca Sancii III Caſtell. uxor. — Sancius Sapiens Sanciæ Caſtel. mar. — Amelina Iacobi de Avennis uxor. — Nicolaus II Agnetis de Avennis marit.

10 Petrus II Mariæ de Montepeſſulano marit. — Alfonſus Provinciæ Comes Garſendis maritus prior. — Blanca Theobaldi Campan. Comitis uxor. *tab.* 1. — Gualterus Margaretæ de Bleſis maritus. *tab.* 1. — Burchardus Margaretæ Flandr. maritus prior. — Agnes Nicolai I I deRumin. uxor. — Nicolaus I I I Iſabellæ de Caſtro Porcenſi maritus.

11 Iacobus I Yolendis Hung. marit. — Raimundus Berengarius Beatricis Sabaud. maritus Margaretæ Ludovico I X Alienordis Henricus I I I Beatricis Carolo I Siculo nuptarum pater. — Hugo Adæ de Bovis maritus.

12 Petrus I I I Conſtantiæ Manfredo natæ marit. — Iſabella Philippi I I I uxor 1. — Yolendis Alfonſi X Caſtell. uxor. — Conſtantia Manuelis uxor. — Elizabeth Theobaldi Lotharing. Ducis uxor.

13 Iacobus I I Blancæ Carolo I I Siciliæ Rege natæ maritus. — Fridericus Trinacriæ Rex Leonoræ Carolo I I natæ maritus. — Iſabella Dionyſii Portugal. Regis uxor.

14 Alfonſus I V Tereſiæ Entezæ marit. — Petrus I I Elizabeth Carinth. maritus. — Elizabeth Stephani Bavar. uxor.

15 Petrus I V Conſtantiæ Siculæ marit. — Beatrix Roberti Palat. uxor. — Conſtantia Petri I V Aragon. Regis uxor.

16 Ioannes I Yolendis de Barro maritus. — Leonora Ioannis I Caſtellæ Regis uxor.

17 Yolendis Ludovici I I Siciliæ Regis uxor. — Henricus I I I Catharinæ Lancaſtriæ maritus. — Ferdinandus I Sanciæ maritus.

18 Renatus Rex. — Ioannes I I Iſabellæ Portugal. maritus. — Ioannes I I Blancæ Navarræ ac exinde Ioannæ Henricquez maritus.

19 Iſabella. — Ferdinandus I I. — Leonora Gaſtonis I V uxor.

20 Ioanna Philippi Auſtriaci uxor. — Margareta Franciſci I I Britan. Ducis uxor.

21 Elizabeth Chriſtierni Daniæ Regis uxor. — Anna Ludovici X I I uxor Caroli I I I Ducis atavia.

22 Chriſtierna Franciſci Lotharing. Ducis uxor.

VIII. *Lotharingiæ Ducum Stemma Capetinum multiplex.*

- Hugo Capetus Rex Adelhaidis maritus.
  - Hadwidis Rainerii Hannon. ac exinde Hugonis Dagſburg. uxor.
    - Hugo Dagſburg.
      - Albertus Ermeſindis Lucemb. marit. 1.
      - Heilwidis Gerardi Comitis de Vadonis monte Gerardo Lotharing. Duce nati uxor.
        - Ludgardis Godefridi II Brabant. uxor.
          - Godefridus III Margaretæ Limburg. maritus.
            - Henricus I Mathildis Bolon. maritus.
              - Henricus II Mariæ Suevicæ marit.
                - Henricus III Adelheidis Burg. marit.
                  - Ioannes I Margaretæ Flandr. maritus.
                    - Ioannes II Margaretæ Anglicæ maritus.
                      - Ioannes III Margaretæ Ebroic. maritus.
                        - Margareta Ludovici II Flandr. uxor.
                          - Margareta Philippi I Burgund. Ducis uxor.
                      - Margareta Henrici Imper. uxor.
                  - Maria Philippi III uxor 2.
                - Mathildis Roberti I Attrebat. uxor.
              - Aleydis Guillelmi Arvern. uxor.
              - Mathildis Florentii IV Hollandi uxor.
                - Adelhais Ioannis I Hannonici uxor.
        - Giſla Rainaldi I Barrenſis uxor.
        - Hugo I Aigelinæ ac exinde Annæ maritus.
          - Gerardus II Gertrudis de Ionevilla maritus.
            - Hugo II Heilvigis de Sara ponte mar.
              - Hugo III Margaretæ de Novo caſtro maritus.
                - Henricus I N. de Villa Harduini maritus.
                  - Henricus II Heliſendis de Vergiaco maritus.
                    - Henricus III Margaretæ Friderico II Lothar. Duce natæ maritus.
                      - Margareta Anſelmi de Ionevilla uxor.
                        - Henricus V Mariæ Lucemburg. maritus.
                          - Margareta Friderici Ioanne Duce nati uxor.
                            - Antonius qui de Lothar. Ducatu cum Renato Rege & Iſabella uxore contendit.
  - Adela Rainaldi Nivernenſis Comitis uxor.
    - Guillelmus I Ermengardis Tornodori Comitis maritus.
      - Rainaldus Agnetis de Balgent. maritus.
        - Guillelmus II Adelheid. maritus.
          - Guillelmus III Idæ Carinth. maritus.
            - Guido Matthildis marit.
              - Agnes Petri II de Curtiniaco uxor prior.
                - Mathildis Hervei II de Donziaco uxor.
  - Giſla Hugonis Pontivi Comitis uxor.
    - Ingelramnus Adelinæ maritus.
      - Hugo II.
        - Guido.
          - Agnes Roberti de Belliſmo uxor.
            - Guillelmus Alæ Burgundicæ maritus poſterior.
              - Guido.
                - Ioannes Beatricis Anſelmo S. Pauli Comite & Euſtachiâ natæ marit.
                  - Guillelmus Adelæ Franciæ maritus.
                    - Maria Simonis de Domno Martino uxor.
                      - Ioanna Ferdinandi III Caſtell. Regis uxor 2.
                  - Adela Thomæ de S. Valerico uxor.
                    - Aanor Roberti III Drocenſis uxor.

IX. *Lotha-*

IX. *Lotharingiæ Ducum Stemma Capetinum multiplex.*

Hugo Magnus Hadwidis maritus.

Hugo Capetus Rex. Beatrix Friderici I Lotharingiæ Ducis uxor.

Theodericus I. Itta Radeboronis Habſpurgi Comitis uxor.

Fridericus II Matthildis Suevicæ maritus poſterior. Wernherus Regulindæ Nuremberg. maritus.

Sophia Ludovici Moncionis Comitis uxor. Ottho Hillæ Firretenſis maritus.

Theodericus Montisbelg. Moncionis, Barri Comes Ermentrudis Guillel. II Burg. Comite natæ marit. Wernherus Ittæ Homberg. maritus.

Rainaldus I Barri Comes Giſlæ de Vadonis monte maritus. Fridericus Firret. Comes. Wernherus IV Gertrudis Starkemberg. maritus.

Clementia Alberici I de Domno Martino uxor. Rainaldus II Agnetis de Campan. marit. Ludovicus. Albertus Ittæ de Pfullendorff maritus.

Albericus II Matthildis maritus. Theobaldus I Lauretæ Loſſenſis ac exindè Iſabellæ de Barro ad Sequanam maritus. Vlricus. Rudolfus Agnetis de Hohenſtauffen maritus.

Simon Mariæ Comitis de Pontivo maritus. Agnes Friderici Lotharing. Ducis uxor. Henricus I Philippæ Drocenſis marit. Henricus. Albertus Heilwigis Kiburgicæ maritus.

Ioanna Ferdinandi III uxor 2. Theobaldus II Ioannæ de Tociaco maritus. Margareta Henrici Lucemburgi Comitis uxor. Theobaldus. Rudolfus Rex Rom. Annæ Hohenbergicæ maritus. Elizabeth Eitelfriderici de Hohenſollern uxor.

Henricus I Alienordis Angl. maritus. Henricus Blondellus Beatricis de Avennis maritus. Vlricus II. Albertus I Elizabethæ Carinthiacæ maritus. Matthildis Ludovici Palatini uxor 3. Iutta Wenceſlai Bohemiæ Regis uxor. Fridericus Nuremb. Burggravius Elizabetha Meranicæ marit.

Eduardus Mariæ Burgundicæ maritus. Henricus VII Imper. Margaretæ Brabant. maritus. Ioanna. Albertus Contractus. Iſabella Friderici II Lothar. Ducis uxor. Elizabeth Regina Ioannis Lucemb. uxor. Fridericus Margaretæ Carinth. marit.

Henricus IV Yolendis Flandr. maritus. Ioannes Elizabethæ Bohemicæ marit. Leopoldus Viridæ Mediolan. marit. Ioannes Elizabethæ Hennebergicæ maritus.

Robertus Dux Mariæ Francicæ maritus. Bona Ioannis Regis uxor. Erneſtus Zimburg. Maſſovicæ marit. Fridericus Elizabethæ Friderico Miſniæ March. & Elizab. Bavar. natæ maritus.

Maria Roberti Ducis uxor. Fridericus III Leonoræ Portugal. maritus. Fridericus Brandeb. Marchio Elector Elizabethæ Friderico Bavar. à Landshut natæ maritus.

Maximilianus I. Mariæ Burgund. maritus. Ioannes Barbaræ Rodolfo Saxoniæ Duce natæ maritus.

Philippus Ioannæ Reginæ maritus. Dorothea Chriſtierni Theodorico Oldenb. & Hedvige Sleſv. nati Danor. Regis uxor.

Elizabeth Chriſtierni Regis uxor. Chriſtiernus II Elizabethæ Auſtriacæ marit.

Elizabeth Franciſci Ducis uxor.

Auctorum à CHIFFLETIO *laudatorum, aliorumque adverſus ejus commenta prolatorum Catalogus.*

ACta Philippi IV, Pag. 15.
Albericus, p.7.13.14.15.17.95.
Albertus Argentin. p.22.29.48.
Annales Bertiniani, p. 2. 3. 4. 72.
Fuldenſes, p. 3.
Colmarienſes, p. 25.
Metenſes, p. 25.
P. Æmilius, p. 71.
Anonymus, p. 28.
Antiquit. S. Dionyſii, p. 8.
Archivum Lucemburg. p. 54.
Nannetenſe, p. 47.
Regium, p. 17.18.21.22.47.

Iac. Bretexius, p. 98.
Franc. Belleforeſtius, p. 38.48.62.
Will. Beckers, p. 75.
Franc. Belcarius, p. 76.
Petr. de Blarrorivo, p. 64. 95.
Guill. Brito, p. 95.
Bruno Herculanus, p. 6. 7.
Bruno Tullenſis, p. 6.
Edm. Boullayus, p. 29.

Ceremoniale Franc. p. 67.
Symphor. Champerius, p. 24. 67.
Chartophylacium Gorzienſe, p. 26. 27.
Tullenſe, p. 6.
Charta Amadei, p. 26.
Gondelandi, p. 26.
Othonis, p. 27.
Friderici I, p. 28.
fundat. S. Michaelis, p. 8.
And. Cheſnæus, p.10.15.20.21.26.30.
Chartular. Charmenſe, p. 49.
Nicol. Clemengius, p. 59. 60.
Phil. Comminæus, p. 67.
Chron. Ms. p. 41.
Elvangenſe, p. 37.
Auſtral. p. 25.
Metenſe, p. 29. 54.
Hildensheim. p. 90.
Conſtit. Imperial. p. 78.
Codex, p. 24.

Digeſt. p. 24. 69.
Edm. Dinterus, p. 29. 37.
Ditmarus, p. 88. 89. 90.
Decanus S. Theobaldi, p. 29. 54.
Scip. Dupleix, p. 62.

Flodoardus, p. 5. 8. 9.
Fulco, p. 28.
Ioan. Froiſſard. p. 37.
Fredegarius, p. 72.

Gerbertus, p. 89. 90. 91. 92. 97.
Geſta Franc. p. 72.
Greg. Turon. p. 72.
Glaber. p. 12. 72.
Nic. Gillius, p. 62.
Rob. Guaguin. p. 38. 48. 72.
Geneal. Lothar. p. 19. 100.

Bern. Gir. Hallian. p. 36. 48.
Hæpidanus, p. 88.
Hiſt. S. Michaelis, p. 7. 8.
Hugo Flaviniac. p. 12.
Hiſt. Franc. Script. Tom. 4. p. 25.
Lucemburg. p. 55.

Ioan. Ionevill. p. 18.

Lambertus, p. 2. 90.
Ligurinus, p. 97.
Laurent. Leodienſis, p. 14. 27.
Leges Feud. p. 80.

P. Matthæus, p. 66.
Enguer. Monſtreletus, p. 60.
Iac. Mejerus, p. 62. 67.
Mercur Franc. p. 92. 93.
Matricula, p. 2.
Aub. Miræus, p. 8. 26.
Monachus Nuſſienſis, p. 64.

I. Nydder, p. 64.

Otho Friſing. p. 12. 13. 92. 95.

Matth. Paris. p. 17.
Contin. Martini Poloni, p. 25.
Steph. Paſchaſius, p. 67.

Pius